


I 11948000



Biblioteca	
Sala	13
Estanco	14
Tabla	
Número	40

de ... Comy. de Jesus de Granada D. de
 B. 2695



BERNARDINI GO

mezii Medis, Episcopi Al.

barrazineus, de Constantia, siue de
 vno statu hominis,

LIBRI SEX.

AD SIXTVM QVINTVM
 Pontificem Maximum.



Valentiz apud viduan Petri Huete, in platea Herbaria.
 Anno M.D.LXXXVI.



L 11948000

del Colegio de la Compañía de Jesus de Granada B. de
R. 2695
BERNARDINI GO
mezii Miedis, Episcopi Al.

barrazinensis, de Constantia, siue de
vero statu hominis,

LIBRI SEX.

AD SIXTVM QVINTVM
Pontificem Maximum.

Biblioteca	Sancti
Sección	
Estanta	
Tabla	
Número	40



Valentiz apud viduam Petri Huete, in platea Herbaria.
Anno M.D.LXXXVI.



Go Gaspar Al-

dana sacrae Theologiae Do-
ctor, mandato, & commissio-
ne Reuerendiss. ac Illustriss.
D.D. Ioannis de Ribera Ar-
chiepiscopi Valentini, & Pa-

triarchae Antiocheni, vidi ac perlegi librum
hunc (qui inscribitur Bernardini Gomezij Mie-
dis Episcopi Albarrazinensis, de Constantia,
siue de vero statu hominis, libri sex) in quo nil
reperi, quòd Fidei Catholicae, decretis Eccle-
siae, aut bonis moribus repugnare videatur. Im-
mò est opus hoc eleganter, sapienter, ac per-
politè conscriptum, tanta eruditione, ornatus ge-
nere, & rerum varietate refertum, vt ex illius va-
ria & pulcherrima lectione, quisque ad grauif-
sima, & difficillima quæque, cum humana, tum
diuina aggredienda constanter perfacile que
possit animum adiungere, quamobrem dignissi-
mum iudicatur, vt in communem omnium v-
tilitatem, & commodum prodeat in lucem. In
cuius rei fidem hæc quæ scripta sunt propria ma-
nu subscripsi. Valentiae, die 19. Septembris, An-
no 1586.

Gaspar Aldana.

Epigramma de Con-
stantia.

SI constans fueris; si sistas pectore firmo;
Donec perficias, Astra ferere super.
Nam, quamuis Paulus Charitatem praeferat vnā
Omnibus, & sine ea se nihil esse putet;
Sola tamen, ni succurrat Constantia, friget,
Nec manet in voto sacra puella suo:
Est igitur Charitas virtutum vt maxima ductrix;
Complectens homines, conciliansque Deum;
Sic constans virtus certanti aeterna corona,
Victori clarus sola triumphus adest.

AD

AD SANCTISS.
D. Sixtum V. Pont. Max.

Bernardini Gomezij Miedis, Episco-
pi Albarrazinensis
Præfatio.



EMINIME (Sixte V. Pont.
Max. (dū essem anno Ioblei Ro-
mæ, Gregorio XIII. Pontifice,
Commentariorum de S A L E
opus, quod paulò ante edideram,
tibi, tunc Cardinali, in manus de-
disse; teque illud (vt soles) à me
perquam benignè suscepisse. Verùm cum offendisset li-
bri nihil magnum præferētis inscriptio, rogasse me,
significarem, num boni quippiam sub tam sterili argu-
mento reconderet, quod librum lectione dignum face-
ret. Cui ego, etatem illum habere, esseque lectione inter-
rogandum, vt rationem ipse de se redderet, respondi:
quandoquidem viginti prope annos in eo tanquam fœ-
tu edendo, educandoque, ac prouehendo insumpseram.
Tunc tu; miror equidem, & vehementer, Constantiā
tuam, optimumque rei euentum: propterea quòd non so-
lum temporis, sed laboris, ac vigiliarum tantum impē-
deris.

P R A E F A T I O.

dēris, vt *Vel Salem ferere* (quod in prouerbio est) non inane duxeris: quin potius ab ipsa quasi sterilitate naturæ factum tam valdè vberem posse fandi non diffideris. Quamobrem cum ob ea, quæ mihi nunc refers; tum ob multorum opinionem, quam de Commentarijs haberi optimam intellexi, magnifacio iterum tuam in scribendo Constantiam, ac neque irritum fuisse laborem tuum, tibi valde cōgratulor. Hæc cum dixisses (Pater beatiss.) Constantiæ vox à te iterata oraculi mihi vice fuit: adeòq. eius imago virtutis in mente ex eo tempore impressa remansit; vt de ea tanquam de summa quadam, atque præstantissima animi virtute conscribere proposuerim. Ad quam rem iam tum me actutum applicuissem, ni reuersus in Hispaniam alteri Commentariorum editioni de Sale, admodum locupletata, quæ primùm operam dedissem. Fuit deinde necessàriò Iacobi primi Regis Aragonum historia ab omnibus tantoperè desiderata, Latino sermone conscribendā: ac mox in gratiam Philippi Hispaniarum Principis, Philippi II. Regis filij, in Hispanam linguam cōuertenda. Quibus in lucem editis, otium nactus, statim ad Cōstantiæ nauandam operam me contuli; propterea quòd experimento didiceram, cum tam multa sint; quæ non iniuria scriptores ab scribendo deterrent; nullam esse virtutem, quæ eosdem magis ad contemnendum vulgaria,

atque

P R A E F A T I O.

atque ab incæpto minimè desistendum confirmet, quàm Constantia. Est enim hæc non corporis, sed mera animi virtus, adeòque ad strenuam quamque prosequendam operam, omni ætate efficax, & robusta, vt sepe quidem in senibus, infirmis licet & imbecillis, quàm in fortibus, & lacertosis iuuenibus longè robustior sit, atque valentior. Quin nec humana solum, sed diuina quoque virtus est vsque adeò, vt non modò hominibus, sed etiam Angelis aliquando in vsu fuerit, ab eis que (vt dicemus) acriter vehementerq. exercita. Quo magis ego ipsam inserendam mortalibus, mirèque, præ cæteris virtutibus, esse expetendam censiui: cum nihil tam valde arduum, nec tam faciū difficile sit; quod, duce Constantia, eius que sorore Perseuerantia comite, non modo impetrari, sed magna etiam cum laude retineri non possit: si tamen eiusmodi constantes homines ita se gesserint, vt non vno, aut altero anno, sed ab ineunte ætate, virtutibus se totos manciparint: quique ea morum, ac vitæ sanctitate cælestia qua fierint, vt quo in ampliore, altiorèque dignitatis gradu locati fuerint, eo maiori studio, & contentione animi nitantur, vt & humana omnia ad nutum, & normam diuinorū dirigantur; & diuina rursum, in perpetuum commodū, & salutem humanorum propendeant. Cuius rei nullū profectò clarius, neq; illustrius aliunde, quàm à te (Pa-

7 4- ter san-

PRÆFATIO.

ter sanctiss.) exemplum nobis ad imitandum sumi potest. Te enim Deus Opti. Max. iam tum à puero, cum literis & eruditione excultum, tum Seraphica Francisci Patris Religione (cuius summo dignitatis munere perfectissimè functus es) constrictum, atque celeberrimis, gratissimisque tuis concionibus de Christiano populo benemeritum esse videns, non solum à mudi sordibus eripuit: sed tanquam sartum, tectum, in sacrum, amplissimumque summorum Ecclesie Principum Collegium transferri, & in illud cooptari curauit. Ex quo idem, pro tam constanti, acrique diuini boni propugnatione, quam non modò in conferuendis Ecclesie rebus, sed in maleficijs, vt rugientem leonè, pro iniuria temporum, vindicandis, te suscepturum prouidit; nullo tuo negotio, sed cunctorum suffragijs, tãquam lapidem abscissum de môte sine manibus, in præcelsum Pontificium verticè euexit. Quo summo in munere bene feliciterque gerendo, ea planè Constantia, quin & Perseuerantia, te totum ad veram tuendam, atque vbique gentium propagandam Christi religionè applicare videmus; vt profectò spes sit, aurea illa exorientis olim Ecclesie quamprimùm reuersura tempora; quæ tum Apostolorum prædicatione; tum martyrum effusione sanguinis, heroica, atque per sancta extiterunt. Nunquam enim religionem nostram, ab eo tem-

pore,

PRÆFATIO.

pore; longius latiusque, quàm nunc, propagatam fuisse meminimus. Et quando, quaeso, vniuersus ferè orbis sacrosanctæ Romanæ Ecclesie erudiendum se, atque ad Apostolicæ, Euangelicæque doctrinæ præcepta imbibenda, quàm, te Patre beatissimo, Philippoque Rege Christianissimo, summisit? Quando Hispani viri in vltimas vsque terras animosius cum progredi tentarunt; tũ sua prædicatione ac vitæ periculis, tot ibi Reges cum eorum Regnis, ab horribili Idolorum cultu, ad veram Christi religionem suscipiendam traduxerunt? Demum quando tanto cum triumpho Christianæ gentis, eorundè Regum Legati (quos vidimus) ad exhibendam Christo, eiusque in terris Vicario, obedientiam, quàm Gregorio XIII. tẽque successore Pontificibus, Romam conuenerunt? Quò magis ridicula planè fuit, atque ambitiosa nimis, illa ab Augusto Cesare vniuersi orbis facta descriptio, quam refert Lucas in Evangelio: cum ne quartæ quidem partis, nedum vniuersi orbis Imperiũ teneret; tametsi tanta alioqui fuerit cupiditate gloriæ elatus; vt summum honorem, quem viuo sibi dari voluit, mortuo quoque perpetuum inferri curauerit. Idquẽ fax eo immaniissimæ motis obelisco, è loco per quàm longinquo Romam mari adduci iussit, & in sacro Vaticano monte, exantlatis tot millium seruitiorũ laboribus, erecto. In cuius fastigio globum æreũ

mira

PRÆFATIO.

miræ amplitudinis affigi, in eoque cineres suos recondi fecit: ut qui Imperio, & fama, totum (ut sibi persuaserat) orbem impleuerat, idem sub eo orbiculato busto, ut sanctus, & augustus ab omnibus undique coleretur mortalibus. Verum eius superbæ admodum, nimisq; affectatæ gloriæ coercendæ, tu mihi visus es diuinè occurrisse: qui montem illum omnium mundi sacratissimum atq; Apostolorum Principum sepulchro dicatum; à profana illius indignitate sepulturæ expurgare curasti: ut potè dum obeliscum, non minore ingenio & arte, quam sumptu & machinis, quibus ibi locatus fuerat, inde extrahi, & in alium per æquè perspicuum & insignem locum transferri, atque erigi iussisti: ubi in locum globi, tuum albentis ac stellantis montis insigne, scabellum defixæ ibi Christi crucis persanctè constituisti. Per magnum certè opus, atque inter humana opera, haud dubiè, longè maximum: tamq; præterea solidum ac perpetuum, ut quamuis opere & manufactum; vix tamen vlla ipsum confectura sit, aut consumptura vetustas. Sanè, ut huius non solum translationis, quam nemo alius ante te fuit aggressus; sed aliorum magnificentissimorum operum, quæ indies, tum in reficiendis vrbis aquæ ductibus; tum in Lateranensi instaurando Palatio; tum summo etiam ad præsepe Domini sacello erigendo moliris, singularis memoria vni tibi gloriosior in perpetuum conser-

PRÆFATIO.

conseruetur. Quod si in humanis operibus te, tam præbes admirandum; quid non, obsecro, in diuinis perficies? Cum sint hæc huiusmodi, ut non minus ad inchoandum ea, quam ad prosequendum, quam etiam ad perfectum deducendum, Deum Opt. Max. non solum adiutorem habeas, sed ducem, magistrum, & auctorem? Qui, vel ex eo maxime, quod tanta te videt munitum Constantia (quæ virtus in exequendis operibus potissima est) tibi non solum committet inchoandam; sed perficiendam totius orbis conuersionem concedet. Verum de his hætenus, sunt enim hæc ipsa libro sexto, & ultimo, latius fusiusque commemorata. Illud tamen attestamur de præstantissimis hisce virtutibus, quas mirè in conseruanda, prouehendaque religione exerces, tam etsi eadem in te dona Dei sint, eique omnino acceptas referas: tamen nisi diuino simul Constantiæ munere, te ad illas colendas erigeres; parum quidem, aut nihil in eis proficeres. Sine Constantia siquidem, neque tu, quò tua te ducit mens sancta peruenires: neque mihi profecto, tam firmum in te consilium, atque cum præclara æquabilitate vitæ statum constantem contemplanti, tam magna de hac ipsa virtute scribendi ad te data esset occasio. Quam planè eousque proueximus, ut sex quidem libris vniuersam de ipsa tractationem, in iustum volumen deduxerimus. Cæterum, ut ad me veniam, ac non so-

P R A E F A T I O.

non solum animo, sed re ipsa tibi videar gratissimus; cum ob tantam, tamque praeclaram scribendi ad te oblatam mihi occasionem: tum ob Albarrazinensem Ecclesiam, cui me, vel immerentem, Philippo Rege deposcente, praefecisti; hoc quaecumque laboris nostri munusculum, quod maxima cum animi demissione, ac nominis tui obseruantia sanctitati tuae dicamus, libenter, ut accipias, oro.

D E

B E R N A R D I N I
G O M E Z I I M I E D I S E P I S C O
P I A L B A R R A Z I N E N S I S, D E
C o n s t a n t i a, siue de vero hominis
statu libri sex.

A D S I X T V M Q V I N T V M
P o n t. M a x.

L I B E R P R I M V S.



M A G N A profecto res est Constantia, a deoque necessaria ad vniuersas in officio continendas, & defendendas virtutes, ut nulli quidem secunda sit; sed alijs quantumuis licet excellentibus vite institutis anteire videatur. Nam qui officiorum rationem in omnibus vitae munijs obeundis; qui, quid aptum, ac congruens personis sit; quid locis, temporibus, & aetatibus accommodatum, exactissimè perscrutandum susceperunt; satis mihi deprehendisse visi sunt, nihil esse, quod tam de-

A ceat

Præcellens, & necessaria uirtus Constantia. Turpis, & ualga Inconstantia.

ceat vnumquemque mortalium, quàm in omni re gerenda, consilioque capiendo, seruare Constantiam: quemadmodum nihil rursus turpius, quàm inconstantiam, seu mentem leuem, & vagam hominis, cum constanti eiusdem naturæ statu comparare velle. Vtpotè cum non solum recta, & conuenientia, sed constantia, & firma natura desideret, asperneturque contraria; perinde vt mortales, qui non hominem iustum, aut temperantem: non fortem, aut prudentem: sed constantem quidem, virum perfectum euadere posse, ac nisi perseuerantem, palma dignum esse sapienter existimât. Ab ijs enim duabus, si quæ ad inconstantiam virtutes defecerint, iure quidem, vt inhumanæ ab aliarum consortio reiiciendæ sunt, atque à vera prorsus, optimaque vitæ ratione abiudicandæ. Propterea quòd inconstantes, non homines, sed quædam esse appareant quasi monstra, ex diuersis, atque inter se repugnantibus naturæ studijs cõflata, quæ potius sub humana specie, humanitatem suam ementiri videntur: contra ac constantes, qui vt primum cõsiderata ratione & consilio obuallati fuerint, ea se firmitate animi ab inconstantia defendunt, vt quouis sibi adherentes, atque in virtute proficientes alum-

alumnos ab illa eripiant. Quamobrem Constantiam haud aliud esse optime colligunt, quàm cõmune quoddam per fugium, siue Asylum virtutum, quò se vniuersæ à cõtrarijs exagitata vitijs, sic tutè recipiunt, vt per ipsam cum roborata, tū à perseuerantia retentæ, sui præstò sint studiosis, atque in tempore occurrant. Quæ plane dicta, tametsi vera sint, eaque omnibus satis comperant; tamen quia vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa estimet, ac disputandi gratia, de re quavis libenter controueriari soleat, necesse nobis erit de Constantia in cõtrarias partes differere, atque his sex libris vniuersam rei tractationem complecti. In quibus de ipsa, alijsque virtutibus, & earum progressu, multa quidem ad historiarum seriem persequi opus erit: quasi reuera sic inter eas res gestæ fuerint; vt in huc modum melius, expressiusque proprias illarum vires, atque ad agendum facultates, ante oculos ponamus.

2 Vt igitur primum quasi gradum, aditumvè ad ea, quæ pertractanda sunt, iaciamus: is vnus erit nostri propositi exitus; hæc totius disputationis prora, & puppis, quod aiunt; nos scilicet de Constantia, eiusque partibus, eousque esse dicturos: quoad verum hominis statum in ea reponamus.

A 2 mus.

Constantia per fugium & Asylum virtutum.

Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa estimat.

Historica seruita serie fit clarior argumenti ratio.

Scopus & propositum operis.

Partitio operis
in sex libros.

mus. Est ergo vniuersa argumēti ratio in sex (v^t proposuimus) libros partiēda: quorum primus, enarratis varijs, contrarijsq. de Constantia opinionibus, docebit quis, qualisq. sit Constantiæ status, quæ item virtus Constantia. Alter de arte Constantiæ; ac primis quattuor virtutibus agat; quibus alumnos suos illa armare solet in contrarias vitiositates. Tertius, periclitationes exprimet, quibus constantes probari debent, atque à perseuerantia confirmari. Quartus, gradus ad Constantiam explicabit, qui sint, & qui per eos ascenderint, & ad summum, pietate duce, peruenierint. Quintus, laboriosam alumnorum peregrinationem ad pietatem, eiusq. per sanctæ, amplissimæque domus descriptionem, & quibus illi præceptis à fide, & spe instructi fuerint, ostendet. Sextus & vltimus, Christianæ charitatis formam, & amplitudinem designabit, cuius grandi sermone alumni, non ad vitam modò duram, asperamque pro Christo transigendam, sed cum martyrio etiam (in quo summa inest Cōstantia) pro ipso reddendam inflammantur.

Opiniones de
Constantia.
Prima opinio.

Itaque (vt ab opinionibus ordiamur) fuere quidem nonnulli de Constantia adeò magnifice loquuti, vt eam virtutum, quæ homini magis pro-

propriæ sunt & intimæ: quæque ipsum maximè perficiunt, nō solum primam, ac præcipuam, sed reliquarum omnium fundamentum constituerint: idque assumētes ex eo, quòd ea sola sit, quæ hominem, alioqui mobilem, & instabilem, mutabilitatiquè semper obnoxium, stabilem, ac firmum reddat, Quadratoque similem efficiat, vt quemadmodum quadratum, quomodocunque ceciderit, manet rectum; sic constans quouis in negotio teneat rectum; atque ad cœlestis structuræ angulos mirabiliter erigatur. Ideo namque os homini sublime datum esse, & erectos ad sidera (vt Poëta inquit) tollere vultus, vt cœlum, vnde creditur delibatus, non solum aspectet; sed sub illius incōparabili celeritate ac motu, certos, ac constantes stellarum cursus esse cōsideret: neque timeat, se, aut inerrantium siderū vi, aut elementorum, ex quibus componitur, quibusq. maximè trahitur, transmutationibus à proposito retrahendum; si meminerit, se, cum esse, qui ratione possit (modò diuinum ei numē adsit) eorundem siderum currentē rotam, non tantum quasi pede sistere; sed etiam suam propriā naturā cōsilio, & ratione coercere. Labore quippe improbo, atque sapienti Constantia, permul-

ri superarunt astra; vti Poëta hemistichio probatur,

Sapiens dominabitur astris.

Quin & sui quodque expectationem vicisse, ac etiam desperatam naturæ habilitatem, ingenio & arte exfuscitasse, prouexisse que comperimus. Vnde constantes suamet fretos virtute, nihil nõ conari, periculationes quasuis suscipere, ac ne vllõ vnquam timore affigi, sed audaces omnino debere esse, atque à fortuna mirè iuari, cõcludunt. Cùm itaque Constantiam, vnam & eadem cum Perseuerantia esse affirmant: (cui virtuti, siue eius studiosis, æternæ salutis præmium à Christo est propositum) colligunt ex ijs, non solum reliquis virtutibus longe esse, illam antefereðam; sed cum earum principe charitate omnino comparandam. Nam vt sine charitate cætera nihili penduntur virtutes: ita sine constantia frigent vniuersæ. Tam siquidem eminentis, propeque cœlestis naturæ Constantiam esse affirmant, vt eam vnà cum fide, spe, & charitate in cœlesti patria remanere posse, non omnis Theologorum schola reclamet. Constantiam enim olim Angelicis ad fuisse agminibus, ad deturbandam impurissimum hostem, ac neque à gloriosissimo

sisimo incepto desistendum, vehementer excitasse preclare ostendunt tum per insignis illa ipsorum cum Lucifero inita pugna, tum ab eisdem parata victoria: qua protinus perfidus ille Sathan cum suis transfugis è cœlo deturbatus est, atque perpetuo inferni barathro cõdemnatus.

4 Vnde hoc ipso colligunt, Constantiam non humanam, sed diuinam esse virtutem; quod sola ipsa veritatis, quæ diuina res est, speciem effigiemque referat expressissimam; vt ex mutua vtriusque inter se collatione haud incongruè deduci volunt. Ex qua, quoniam Constantiæ non parum fidei, atque authoritatis, accrescit, nõ ineptè illam hic apponemus. Añunt enim veritati Constantiam, mendaciam, Inconstantiam, alsimilari: atque, vt olim veritati vnitatē, quæ simplex, atque immutabilis est; mendacio multiplicitatē (vt dicunt) variā, & instabilem, consecrabant: sic firmos, siue firmos, non lubricos homines, Constantiæ titulo decorabant; perinde vt, rursum duplices, ac fluctuantes animo, neque vnase continentes sede, per dignos habebant, qui etiam Inconstantiam probro afficerentur. Præterea vt veritatis est, latere quidem, & tanquam bene sibi consciam, & fidetē haud timide, vbi oportuerit,

Pulchra veritas cum Constantia cõparatio.

tuerit, se in conspectum dare; sic latens in animis
 Constantia, suaque sustentata conscientia, ubi
 opus est, quavis eam implorante virtute, cum fo-
 ras exit, tum ad nullius occursum expauescit: uti
 rursus Inconstantia, levis ac timida vitiositas,
 oblato periculo, atque reiecto furo euanescit.
 Adhuc sicuti veritas optimè temporis filia esse
 dicitur; ac licet à natura (ut inquit Democritus)
 in profundo abstrudi soleat, quia tamen latere
 nescit, vicissitudine temporis adiuta, aliquando
 emergit; mendacium contra, patefieri erubescit:
 ad eundem modum Constantia, quamvis ali-
 quandiu sub aliquo patientiæ, atque tormento-
 rum profundo delituerit; tempore tamen emer-
 sa, enitescit quidem, atque ut vera virtus vulnere
 virescit: secus atque Inconstantia, cuius cum sit
 proprium, non tam esse, quam apparere; non tam
 consistere, quam ludificare; ut primum eius fraus,
 siue dolus patefit, exhibetur, & exploditur. Ad-
 de quòd, ut veritas (cuius magna vis est contra
 hominum ingenia, calliditatem, & solertiam)
 insontes liberat; neque ut mendacium men-
 tientis animam occidit: ita quoque Constantia
 puros, atque præclara sui conscientia sustenta-
 tos animos, protegit, & à defectione continet,
 ipsosque

ipsosque inconstantes cum ut versipelles redar-
 guit; tum ut timidos, ac degeneres repellit.

5 Denique ut veritas tanquam linea recta, quæ ^{Veritas cur li-}
 omniū est breuissima, à vero in verum, præter- ^{nea recta.}
 uecto mendacio, celerrime pertransit; contrariè
 ac mendacium, quod per circularem, quæ indefi- ^{Falsitas cur li-}
 nita est, commeat, ac sub incerto vagatur: haud ^{nea circularis.}
 dissimiliter Constantia, breuis, & tanquam cõ-
 pendiaris via omnibus substernitur virtutibus,
 ad eas, recta gradiendi, atque perseverandi facul-
 tate condonandas: Longè aliter quam solet In-
 constantia, quæ pro volubili, atque innata sibi mu-
 tabilitate, vnumquemque quò vult, atque in suam
 (quod aiunt) viam abire sinit: nec differt ab infi-
 do eorum ingenio hominum, qui ab vno in a-
 liud propositum temere transilientes, ac neque
 quid dicant, modo dicant, curantes, veteri quo-
 dam notati proverbio, vocantur Desultorij, tra-
 cto ab equis desultorij, quibus equites in præ- ^{Desultorij es-}
 lijs uti solent, binos quisque deferetes, ut altero ^{qui.}
 sudante, transeant in siccum: ut ea repentina mu-
 tatione equorum, quasi conduplicato hoste, de-
 lusus turbetur alter, ac prælium fortè inclinatam
 redintegretur. Quod planè stratagema, quavis ^{Stratagemala-}
 in bello laudari, ac licet ridiculum, inter seria col- ^{datum & nitu-}
 peratum.

A 5 locari

locari soleat: tamen quia fraudulentum est, & sapit Inconstantiam, ab humana consuetudine, & serio agendi vsu est remouendum. Quinimmo cum ipsa veritate Constantis sermo conformandus est, atque ex præcepto Christi ad illud Evangelicum prorsus dirigendus; Sermo vester sit, Est, est, Non, non. A deo quippe constans, & opere, & sermone cum vero congruit, vt vtrumque ad diuina relatum, vnum atque idem sint, neque inter ipsa vlla excogitari possit discrepantia. Nam quid aliud, inquit, sibi vult Psaltis hemistichiū; Et veritas domini manet in æternū; quàm quòd Veritas domini constans res est in perpetuum? Neque enim alia, magis cum æternitate conueniunt, quàm quæ constantia sunt, & quæ perseuerant, vt immortalia fiant. Atque hæc breuiter desumpta sint ex ijs, quæ priores de Constantia opinatores protulerunt.

Altera opinio. Contra alij, dissimiliter rem perpendentes, tantum abest, vt Constantiam fundamentum virtutum astruant; vt ne virtutem quidem esse consentiant: & quòd nullam propriam actionem per se sola, sed cum alijs consociata virtutibus perficiat; & quòd à sacro illo excludatur septenario virtutum numero, qui partim ex fide, spe, & cha-

& charitate; partim ex Iustitia, Fortitudine, Temperantia, & Prudentia constat: ad quem ferè numerum (vt dicemus) reliquæ virtutes omnes redigi solent. Tenent præterea, Constantiam eo magis differre à virtutibus, quòd ijs minimè adnascatur; sed adultis iam illarum alumnis, adesse consuecat; vt progredientibus, atq; suum onus, & pensum deferentibus occurrat; minime quidem vt virtus, sed vt virtutum comes; ac non vt oneratos subleuet; sed tanquam ferox agitatrix, exhortatione, & dura quandoque obiurgatione, velut flagello, vnumquemq; ad cœptum prosequendum iter instiget. Vniuersam enim eius curam, & sollicitudinem in id potissimum incubere sentiūt; vt eorum animos, qui virtutibus insudant, non modo exsuscitet; sed animosiores, et alacriores ad perficiendā rē faciat; ac ne à cœpto desistant, conuictijs, citra contumeliam, cum eis agere, ipsorumq; tarditatem sæpius exprobrare nō desinat. Ad hæc cū maiora quādoque, quàm pro virili potest Constantia, pericula subeat; eaque interdum, non consulta prudentia, effreni quodam impetu irruat vsque eò, vt constantes in manifesta capitis pericula deducat: idcirco, aut vitandam omnino esse; aut nimiam, seu præcipi-

capitem eius irruptionem, legibus, atque reprehensionibus, tanquam freno cohibendam; nec non iisdem, quibus in tardos ipsa probris vititur, insectandam volunt. Quamobrem Constantiam ut pestem esse fugiendam asseuerant, propterea quod sit naturæ communi nimium crudelis, & inhumana: cum aliquando tantam, obstinatione sua; immanitatem in animum, ac stuporem in corpus inducat; ut nullum neque cruciamentorum, neque mortis genus, licet truculentissimum, extimescat, modò conata perficiat. Vnde miretur sæpè natura in tantum, se, suorum alumnorum odium incurrisse; ut quorum interitum, seu dissolutionem corporum, quam leuiter, atque suo ordine esset ipsa factura, malint, à Constantia seducti, ferro, aut igni, miserabiliter, ac violenter sibi fieri; seque alijs immanissimè excarnificandos, & absumendos exponere; quorundam veterum Gymnosophistarum more, qui se viuos flammis applicantes, sine gemitu adurebantur; & aliorum etiam, qui se penitus omni tametsi licita, voluptate stultè abdicare solent. Quam planè immanitatem, siue animi duritiem, non patietiz titulo, sed stuporis potius nomine còdem mandam esse dicunt. Ips itaque de causis Constantiam

Natura querela contra mortales.

Gymnosophista sine gemitu adurebantur.

stantiam acri animo ab humana consuetudine, & naturæ consortio, prorsus ablegandam esse; ac nisi sese citra sanguinis effusionem, atque mortis periculum contineat, nequaquam inter virtutes collocandam decernunt.

7 Tandem qui omnium ineptissimè de Constantia loquuti sunt, eam, neque virtutem, neque virtutis comitem habendam esse, sed eius contrariam Inconstantiam, tanquam minus malum è duobus, eligendam sentiunt; propterea quod hæc solutioris naturæ sit, neque suam cuique licentiam, libertatemque viuendi adimat; minusque se vlli volutati hominum astringat: sed quò maluerint, huc vel illuc, deflectat. Ac insuper velle mortales in omnibus sibi constare; neque à promissis, magis quàm à vita discedere, non modò ridiculum, sed perinde iniurium, atque stultum esse putat, ac si spontè se quispiam in carcerem, & vincula conijciat; aut ex libero lubens in seruitutem redigat. Præterea Constantiam quoque auocant à rebus bellicis. Nam quis, inquit, in bello promissorum Constantiam? quis fidem cù hoste, nisi suo magno malo, seruauit? Quis à ludificando, atque circūueniendo ipso abstinuit? Annon Annibal Carthaginensis, & Viriatus Lusitanus

tertia opinio

Annibal, & Viriatus callidissimi Imperatores.

Lusi

Lusitanus, ob vſitatas eiufmodi ludificationes, & victorias inde partas, callidiſſimorum ſortiti ſunt nomen, & famam Imperatorum? Denique cum humana omnia in continuo motu exiſtāt; neque ſolidum, ac firmum ſit quippiam, quod diu in ſuo ſtatu permaneat; quid iam abſurdius, quam ſolis hominibus ſtabilitatem imperare? Ac (quod præcipuum eſt) cum alio atq; alio momento, pro cœli, ſtellarumque inerrantium volubilitate, & inconstantia circumferantur, ſeu potius rapiantur mortales, quid, quæſo, repugnantius; quàm ſub tanta cœleſtium, atque terreſtriũ rerum Inconstantia, & mutabilitate; Conſtantiã, & firmitatem animi vnice colendam, atque expetendam proponere?

⁸ Hæc autem opinio vſqueadeò falſa eſt, atque cum multiplici, euidentiſſimoque errore coniuncta, vt non modo pace, & bello omnino reiſcenda ſit, ſed duabus ſuperioribus longè multumque poſt habèda; atque vt barbara & inhumana, vix tandè alia, quàm hac vna refutatione, digna iudicanda. Non enim Inconſtans vnus homo eſt, ſed duplex, aut triplex, nec magis loco, aut re conſiſtit, ſi cum eo agas, quàm ſi cum Proteo, aut larua aliqua tibi res ſit: aut ſi vmbra, fugiente corpore,

*Tertiæ opinio-
nis confutatio.*

*Inconſtans Pro-
teo argue um-
bræ ſimilis.*

corpore, ſequaris: vereque Iacobus Apoſtolus eiufmodi duplices animo inconstantē eſſe affirmat, quacunque gradientur via; quòd inſtabiles, & quaſi bianimes hi ſint, ac vſqueadeò vacillantibus, atque titubantibus ſimiles, vt vel orantes Deum, quid petant, neſciant; nunc præſentium, nunc contra, futurorum bonorum deſiderium habentes: parumque abeſt, ſi hæſitantiam ſuam cum fide ac pietate commiſceant; vt, aut pseudoreligioſi ſint, aut in infidelitatem ruant: vtpote cum ab hac ipſa Inconstantia altera oriatur; de qua idem ait Apoſtolus, Vbi eſt zelus, & contentio, ibi eſt Inconſtãtia, & omne opus prauum. Idque propterea, quòd contentio, cum ſæpius veritati inuideat, eiq; ſemper, ve l præſenti, atque patienti conuiueat, ſuos, non ſolum Inconſtãtia, atque mutabilitate mētis laborare facit; verum eadem etiam in mōres transfert, ipſoſque vehementer deprauare ſolet. Ad hæc, quòd de Conſtantiã, & fide in bello minime ſeruandis aſſerit; hæc tamēſi ridicula eſt, atque ab omni iure gentiũ abhorrens opinatio, minime quidē nunc diluēda eſt, ſed in quartum librum, vbi de fide hoſti ſeruanda agitur, reiſcietur confutanda. Veruntamen quòd de Luna, & ſtellis vagis,

Epift. Iaco. c. 12.

Idem cap. 32.

*Contentio veri-
tati inuidet eiq;
ſæpe conuiuet.*

ſue

siue errantibus sideribus; de quæ eorum varia, & inconstanti mutabilitate, quam nos sequi, immò ab ea rapi, opponit; profectò hæc ipsa in nobis Constantiam confirmare magis, quàm tollere, videntur. Quin potius eorundem siderum instar, qui sub ea mutabilitate suos certos, & constantes cursus habent, immo quorum mirè constans est, conueniensque conuersio; nos vbique omnino ad obseruandam illam inducat: cum nec sine sua optima ratione agantur, & vagentur cœlestia. Nam etsi propter varios, atque trãuersos cœlestium cursus, aberrandi speciem sidera præferre, aut errare videntur: tamè quia aut primi mobilis, aut alterius superioris virtutis nutu reguntur; conueniens quidem, ac cõstans motus ille est, atque consentanea (vt diximus) inest ipsis conuersio. Vnde ad hunc quoque modum humanæ actiones, quæ ob varios, mutabilesque earum exitus, inconstantes apparent; quia tamè à prudentia, nutuque rationis reguntur, tantùm abest, vt à recto aberrant, vt etiam rectum ab errore quandoque elicere, satisque sibi constantes esse soleant: planè vt ex ijs iam constet, falsò opinatos eos fuisse, qui cœlestium motionum comparatione, mobiles, & inconstantes humanas actio-

Stelle inerrantes quomodo suos certos, & constantes cursus habeant.

Humanæ actiones sunt etiam constantes.

actiones esse concludunt.

9. Quamobrem duæ priores opiniones recensendæ nobis sunt, & vt rationi magis consentaneæ audiendæ: quæ tametsi pugnent inter se, nõ tamen aliò potius referuntur, quàm vt altera Cõstantiam vnicum esse virtutum fundamentum, ideoque earundem maximam, atque omnium præstantissimam, ostendat: altera, non virtutem per se, sed virtutis comitem esse asserat: aut si sit virtus, nimiam quidem esse, nimioque peccare contèdat. Quapropter has inter nostrum criti-
tes componere, ac suaui quodã medio, vtriusque disita opinionis extrema conciliare. Constantiam etenim in eo maxime statu collocandã esse censemus, in quo positæ sunt illæ cœlo, terraque celebratæ virtutes, pietas, & religio; à quibus, ne lato quidem digito, eam aberrare ostendemus. Nam vt hæc, tametsi singulares virtutes sunt, aliarum etiam multarum sunt vehicula, & thesauri, ad sacra & diuinum cultum deportandum expositæ; ita Constantia, cum vnã virtus per se est; cum omnium quoque virtutum non fundamentum (vt priores censebant) sed bonus quidam tantquam genius est existimanda: vtpotè quæ singulis adest virtutibus, easdem ad optimum, quò tē-

Duæ priores opiniones cur sint magis amittendæ.

Constantia quo in statu collocanda sit.

Constantia bonus quidam virtutum genius.

B dunt;

dunt, finem directura; ac etiam diligenter cura-
 cura, vt quos illarum studiosos videat in progres-
 su deficere, sua quasi manu subleuet; errantes in
 viam reducat; diffidentes alios confirmet; affli-
 ctos quoque erigat; lassos demum atq; perditos,
 siue desperantes recreet, ac reficiat. Tantam e-
 nim facultatem ad eiusmodi obeunda munia si-
 bi comparauit Constantia ex societate, quam cū
 pietate, & religione inire solet; adeoque per has
 aeternum sibi nomen acquisiuit: vt vniuersas nō
 modò virtutes exequare, sed prorsus superare
 conetur. Quippe cū in eum dignitatis gradū
 sit euecta, vt post pietatem, nullo, neque amplio-
 ri, neque illustriori possit quispiam titulo, & in-
 gni, quàm cōstantis, decorari. Nam in veterum
 præsertim Romanorum Cæsarum monumentis
 vnumquemque sic insignitū reperimus; vt pius
 primo loco, constans secundo, felix verò tertio
 inscriberetur; quòd manifestò appareat, in-
 signes pietate viros, non alio melius, quàm Con-
 stantix ductu, posse euadere felices.

Constantia offi-
cia.

Titulus & insi-
gne cōstantium.

10
Pietas, & reli-
gio, sine Constā-
tia, & perseue-
rantia languer-
scunt.

10
 Quamquam ipsamet pietas, & religio tanto-
 perē innituntur Constantiæ, vt sine ea, eiusq; so-
 cietate Perseuerantia (quod posterior opinio retu-
 lit) aut omnino deficerent; aut quasi defatigatæ
 medio

medio in cursu subsisterent. Vnde quod de cha-
 ritate principe, ac regina virtutum sensit Paulus,
 nihili, præ ipsa, reliquas esse ducēdas; hoc ipsum
 de Constantia apertissimè sensisse visus est Ie-
 sus Christus Dominus, Deusque noster, Actorū
 27. vbi Iudæorum magna in Paulum concitatio.
 ne facta, ad tantum illorum sustinendum impe-
 tum, ne is succumberet, Constantia ipsum arma-
 ri iussit. Nam à militibus verberatus, atq; à sum-
 mo sacerdote Anania colaphis cædi iussus, pa-
 rumque abfuit, quin à quadraginta in eius necē
 conspirantibus Iudæis occideretur: at, ne tanto
 malorum pressus pondere Paulus animo conci-
 deret; sequenti nocte adstitit ei Dñs dicēs; Con-
 stans esto Paule: sicut enim testificatus es de me
 Hierosolymis, sic te oportet, & Romæ testifica-
 ri. Innuens, haud dubiè, Constantiæ virtutis (quā
 ipse dederit) esse, è medijs laborum, atque mise-
 riarum fluctibus emergere, atq; vt virtus (quod
 dictum est) virescit vulnere; sic constantem quā-
 to maioribus conflictatum malis, tanto magis
 exsuscitarum reuiuiscere. Sicuti rursus comper-
 tum est, neminem magis hominum, quàm Inco-
 stantem in contemptum abire, ac vel esse homi-
 nem desinere. Indeque apertè deprehenditur,

Charitatis & Cō-
stantiæ compa-
ratio.

Acto. 27.

Constantia Pau-
li.

Inconstans con-
temptibilis, &
quasi non ho-
mo.

B 2 cete-

*Cetera virtutes
sive Constantia
timida, & im-
becilles.*

ceteras virtutes sine Constantia, timidas, & imbecilles esse, atque ad occursum vitiorum quodammodo expalescere: quandoquidem non solum pietas, & religio, verum fides, & spes, & charitas, quæ sunt omnium quasi apices virtutum, solent etiam sine Constantia languescere. Vnde cum hæc virtus aliarum omnium sit assidua excitatrix, maximaque adiutrix, minimè quidem in postremis locanda est; sed hoc potissimum, quod infirmo vitæ discrimine, mortem pietate, & religione præpoderandam esse statuit (vt ostendimus) in summis reponenda.

*Virtutum apices,
Fides, spes,
& Charitas.*

*II
Secunde opinio-
nis confutatio.*

Iam verò quoniam primæ, & tertiæ opinioni persoluimus, veniamus ad secundam. Quæ licet Constantiam, virtutem quidem esse, non tamè primam, nec aliarum tanquam fundamentum astruebat; eam, aut esse nimiam, aut nimio peccare dicebat. Quod planè falsum est, sibiq; satis repugnans. Nam cum suam etiam Constantia habeat Quatenus (quod virtutis est proprium) eoque tanquam medio congruenti, in omni negotio uti soleat; nec tam sit vaga, & soluta, vt sine magistra prudentia, cuius est consilium, & ratio, incitari se ad agendum sinat: profectò neq; nimia erit; neq; nimio aliquo, aut extremo, quod non

Constantia habet suam Quatenus ut cetera virtutes.

Prudentia Constantiæ magistra. Constantia non peccat nimio.

non sit cum suo virtutis medio cõiunctum, peccare poterit quoquo modo. Tanta quippe est eius puritas, & integritas, vt si essent omnia solutissima, nõ alia esset, atq; semper fuit Constantia. Quo minus habenda est crudelis (vt dicunt) & inhumana, neq; naturæ acerbæ, ex eo quod suos alumnos, morti potius violentæ, quàm naturali spontè offerat: cum mors, vel naturalis, vniuersis quidem horribilis sit: violentam verò sapientes nunquam inuiti, fortes, honesta de causa, sæpè libenter appetiuerint. Quid enim valentius, aut animosius, quàm fortem, atque inuictum præstare animum rebus, quas honestè, atque religiosè constantes agunt? Quid item pulchrius, quàm mortem quidem, alioqui ineuitabilem, omniq; ætati propter incertos casus imminentem, nec immaturam, ac etiam naturæ debitam, pro patria, aut pro religione, non ad Gymnosophistarum morem, sed ad sanctorum Christi martyrum imitationem, reddere? Demum quid gloriosius, quàm voluptates omnes omnes, quæ percipiuntur sensibus, ita cum vita cõtemnere, vt, aut honestam mortem, suam putet voluptatem; aut turpem fugam mortis omni morte peiorem esse existiment? Sed de ijs postea longior erit oratio, vbi

Constantia nec crudelis, nec inhumana, quod ad appetendum mortem incitet.

Mors pro patria gloriosa.

Sanctorum martyrum mors pro Christo,

Turpis fuga mortis, morte peior.

B 3 tio, vbi

tio, vbi de pia, & religiosa Cōstantia fiet sermō.

12

Constantis flauus quis sit.

Quare enarratis, atque, vbi oportuit, confutatis de Constantia opinionibus, iam de ipso cōstantis hominis statu, quis, qualisque sit, quonam etiam connixus fundamento tantum rerum pōdus sustentare queat, prius in vniuersum necesse est differamus. Etenim constantis cuiusque viri statum, & officium haud aliter se habere conijcimus; quā, vt qui optima, satisque considerata in aliquo persistēdi ratione fuerit confirmatus, is, vel si cœlum ruat, vel mare terras inundet, ne pedem quidem referat, neque timeat, aut expelleat: sed perquam etiam constanter suo in statu, & sententia permaneat. Virum autem, non hominem, constantem appellauimus; quoniam hæc ipsa constantis vox tanti est vbiq; ponderis, ac momenti, vt quoties mortalium quempiā hoc titulo insignire volumus, nō hominem (cui vagi, volubilib; rationes congruunt) sed virum (qui à virtute dictus est) cum cōstanti coniugemus. Nam hunc quidem, eo ipso, quod vir est, tum heroem, atque cœlo dignum reputamus; tū nihilo ipsum à sapiēte discriminamus. Oportet enim constantem ea saltem esse præditum sapiētis, quæ prudentia dicitur: quæ virtus quamuis

non

non minus artis, quā actionis, quæ ad virtutem spectat, sit particeps; tamen in bonorum, & malorum delectu potissimum locata est, licet quæ penes eam reperire etiam optimas quasque rationes, tam ad persuadēdum honesta, quam ad inhonesta dissuadēdum accommodatas; quibus iustè sancteque possit constans, non solum in proposito, susceptoque consilio confirmari; verum, vbi opus fuerit, sese etiam periculis, vel grauissimis, non minus fortiter, quā prudenter offerre.

13 Ijs propositis, Constantia, eiusque partes, definitione quoque enodandæ sunt; ac etiam vires, summæque eius facultates, quales, quantæque sint, continenter exprimendæ: maximè verò, cū ad ipsummet statum hominis perficiendum, & in summa felicitate reponendum, quò inclinat constans, incumbat Constantia, eiusque soror Perseuerantia. Est igitur Constantia, heroica quædam, atq; magnanima virtus, in solida, stabiliq; ac firma proposito, susceptique cum ratione consilij permanēte consistens. Vt autem singulas definitionis partes apertius explanemus, persuaderi oportet, tantam esse huius vim & naturam virtutis, eamque tam longè, lateque patere cum

B 4 alijs

Prudentia circa ea que uersetur.

Constantia hec definitio.

Definitionis mēbra enodantur.

Constans non homo sed uir appellandus.

Constantem oportet prudentia esse præditū.

alijs permittam virtutibus, vt non modo habitū animi, siue rectum actum, aut bonitatem, probitatemue, sed fortitudinem, vires, integritatem, absolutamque demum virtutis rationem, in se vna contineat. Vnde non in scite quidem, & heroicam, & magnanimam appellauimus; quod hæc in heroibus potissimum reperiri soleat: atque in eis etiam, qui tamen si vulgares sunt, atque infimo loco nati homines; tamen summa quadam animi magnitudine præditi, vt naturam domini (vt inquit Philosophus) strenuè se erigunt, & cum illis exæquant, ingentesque inde spiritus sumunt ad quæuis honesta suscipienda pericula, & maiora Indies molienda. Insuper firma, & stabilis dicitur in proposito permanens; quod hæc ab ea præcipuè ratione, & facultate oriatur, quæ in optimo quoque viro, ex dictorum simul & factorum eius consensione, & concordia constat: eius, inquam, viri, cuius sermones consonant operibus, ac par verbis vita agitur. Sunt enim hæc maxima, certissimaque in eo ad futuræ signa Constantiæ, quæ in huius alumni præclare, eximieque solent tempore enitescere. Denique ostenditur, Constantiam, nisi ratione adiutam, ac persuasionibus, quas suggerit Prudentia, erectam, nequaquam in susce-

*Constantia cur
heroica dicatur.*

suscepto negotio permanere. Sine ratione enim non iusta permansio, sed cæca omnino esset, nimiumque pertinax obstinatio; quæ tam est aduersa Constantiæ, quam huius etiam extrema, scilicet peruicacia, & Inconstantia. Qua in parte vsque ad eum cum virtute conuenit Constantia; vt clarè hinc constet, ipsam (quicquid alij dixerint) euasisse in virtutem; esseque (vt Poëta inquit) medium vitiorum vtrinque redactum; sic, vt quicquid ab extremis, vt diximus, dempseris, in medium conferre possis.

14 Cum igitur Constantiam veram esse virtutem ostenderimus, fateri quoque necesse est, habentem, & exercentem ipsam, auctore Philosopho, ab eadem perfici; quamuis non per se sola ipsa, sed aliarum ope, & adminiculo virtutum sit tantum opus confectura. Non enim vna sola virtus quenquam perfecit, atque ab omnibus vitijs eripuit; cum tam multis passim conspirantibus in virtutes prauitatibus, haud nisi contraria vnicuique vitio virtute occurrere possit. Nam quis vnquam Medicus vno, eodemque collyrio omnes oculorum morbos sanauit? aut quis auaritiæ clementiæ; seu Inconstantiam mansuetudine cohibuit? Non ergo, quod singulis minimè,

*Constantia vera
virtus habenda.*

*Constantia perficit constantem.
sicut virtus se habentem.*

Vt non uno collyrio omnes oculorum morbi, sic neque una virtute sanari possunt omnia vitia.

ac nisi omnibus, vel pluribus, simul virtutibus cō-
cessum est, vni conuenit Constantiæ attribuere;
cum etsi omnibus, ad perficiendum quodq; o-
pus, virtutibus vna minus accesseris; neque pru-
denter illud suscipies, neque susceptum nauiter
perficies; sed totum omnino opus pessum dede-
ris. Quemadmodum diuina id ipsum Iacobi A-
postoli sententia comprobatur, asserentis eum,
qui vel vnum dumtaxat ex legis præceptis, ser-
uatis reliquis, intermiserit, fieri reum omnium,
& tanquam amissis omnibus, naufragio perire.
Quare definita Constantia, ad eas maximè vir-
tutes; quæ compendio sunt mortalibus ad
Constantiæ opus perficiendum,
describendas acce-
damus.

DE

DE CONSTANTIA, siue de vero ho- minis statu.

LIBER SECVNDVS.



UPERIORE libro, Con-
stantis statu proposito, atq;
Constantiæ definitione me-
bratim, ac copiosè enodata,
rem eousque perduximus; vt
Constantiam non modo vir-
tutem per se esse, sed neque
sine ea virtutes alias; neq; sine ijs illam vllò posse
constare pacto docuerimus: consequens est, vt
quibus, qualibusq; tanquam socijs, & adiatrici-
bus virtutibus Cōstantia suos armare alumnos,
atque vt perficiantur, & ad quem aspirant statu
prouehantur, subsidijs præmunire debeat, osten-
damus Sunt autem alumni, quidam ab ignotis
orti parentibus, ad fores arcis Cōstantiæ, ac Per-
feuerantiæ sororum, eiectione infantes pueri: qui ab
illis eò lubentiùs suscipi solent, atque minoribus
quibus.

*Alumni Constā-
tiæ qui.*

Qui potissimū
in alumnos co-
optentur.

Virtutes alum-
norum Constā-
tia deducitri-
ces.

Vitia cur infini-
ta, & virtutes
finita.

quibusdam intra arcem virtutibus, donec gran-
descāt, ad educandum tradit; quō magis sunt om-
ni ope, atq; auxilio destituti. Nempe, vt quō mi-
nus de nobilitate, ac splēdore generis, de que di-
uitijs, ac magnis facultatibus suorū gloriari pos-
sunt: eō liberaliūs se totos virtutibus, atque ho-
nestis disciplinis dedant, eisq; solis, quidquid bo-
ni attigerint, acceptum ferant. Ij ergo Constā-
tia, ac Perseuerantia: idcirco tanquam sacris ini-
tiati student, vt in virtutibus, cum magis magis-
que proficiant, tum illis iuuantibus ad eum, quo
ducit virtus, finem breui, ac compendio perue-
niant. Neque enim aliud præferant virtutes in
deducēdis illis, quā duas quasdam æquē inter
se distantes, atque in infinitum productas orbi-
tas (Græci vocant τροχίας) quas inter progredien-
tes, ad eō recta, quō feruntur, incedunt; vt nulla
sit, neque in dextram, neque in leuam, declina-
tio; nulla à recto virtutis tramite digressio; sed
quasi curru quodam, cuius rotæ aguntur à virtu-
tibus, eiusque auriga Perseuerantia est; agitatrix
Constātia, incolumes peruehantur. Cum igitur,
authore Philosopho, vitia, quia malum, infini-
ta sint; virtutes autem, quia bonum, finite; eas
potissimum agitant; Constātiæ cōsociabimus,
quæ

quæ non solum præcellentes sunt: sed quibus be-
ne munitus constans possit, & vitijs omnibus,
vel infinitis obsistere; & per hæc eadem calcata,
alumnos in arcem suam (de qua mox dicemus)
sorori Perseuerantiz instruendos committere.
Sunt autem illæ quattuor, Iustitia, Fortitudo, Tē-
perantia, & Prudentia, de quibus, earumque cō-
trarijs vitijs, quatenus Constātia, aut vitare hæc,
aut amplexari illas conueniat, aliquanto fulius
nunc agere incipiemus.

2 Fuerunt igitur hæc quattuor virtutes, vt ex cō-
mentatione Bibliorum (quam vocant ordina-
riam) colligimus, significata per totidem ordi-
nes gemmarum, quæ in rationali, siue pectorali
summi sacerdotis apponebantur (vt habetur
Exod. 28.) cuius primi ordinis est Prudentia, quæ
constat memoria, intelligentia, & prouidentia:
secundi verò Iustitia; cōstans ex commutatiua,
distributiua, vt aiunt, ac etiam *inuitia* quæ ni-
hil ferè differt ab æquitate: tertij autem Fortitu-
do; cuius partes, siue fines sunt, magnanimitas,
Constātia, & victoria: quarti demum, tēpe-
rantia, quam constare intelligimus, castitate, ab-
sinentia, atque victus parsimonia. Quibus virtu-
tibus totidem respondent corporis humores.

Nam

Quattuor præ-
cipue virtutes,
quibus Constā-
tia innititur.

Quo pacto hæc
quattuor virtu-
tes fuerint per
sacra represen-
tate.

*Quòd hifce uir-
tutibus respon-
deat quattuor
corporis humo-
res.*

*Quibus inter se
distinguantur
corporis humo-
res.*

*Collatio humo-
rum cum uirtuti-
bus.*

Nam et si illæ tantummodò ad sanandum ani-
mum referantur: tamen eiusdem beneficio ani-
mi, possunt ad sanitatem corporis applicari; cū
huius temperaturam (Galeno teste) animi quo-
que mores sequantur. Sunt autem humores, san-
guis, pituita, & bilis; tū flaua, tum atra, quam vo-
cant melancholiam: qui tamen distinctas in cor-
poribus generat affectiones; ac ut coloribus, sic
& saporibus inter se distinguuntur. Vt enim colo-
re sanguis purpureus est, pituita aquea, bilium ve-
rò, altera flaua, altera atra; sic & sapore sanguis
dulcis est, pituita salsa, flaua bilis amara; atra de-
mum acuta. Hi ergo humores cum ipsis singu-
lis uirtutibus ita conueniunt; ut ab illis hæ tempe-
rètur. Nam ut nihil est tam necessarium sangui-
ni calido, & humido, dum redundat, quàm tem-
perari, vel etiam incisione minui (qui pròptissi-
mus est medèdi modus) ac, ut nihil est salubrius
contra pituitam aqueam, nempè frigidā, & hu-
midam, dum ex cerebro in pectus redundat, in-
deque in corpus inuehit multa mala, quàm sum-
ma in eam Iustitiæ acerbitate uti, quoad per spu-
tum, perque nares pellatur foras, atque à pecto-
re simul, & à cerebro exulet; ita flauam bilem,
calidam, & aridam, ex icore ortam, quæ agiles,
leues-

leuesque mente, & iracundos reddit, ignea, Mar-
tiali que fortitudine mentis opus est ad eam co-
hibendam, & ratione frændam: Ac bili tandè
atra, quæ frigore arefcit, & melancholia vocatur,
vehementi que semper intenta meditationi, spi-
ritus gignit tristes, ac timidos; huic tãquam mor-
bo animi acuto valdè, prudentia cum scientia iū-
cta, occurrere debet ad huiusmodi perturbationes
sedandas. Ne non ad hæce uirtutes quattuor v-
traque tam corporis quàm animi sanatio defer-
ri possit. Vnde, quod attinet ad Constantiam, cō-
sequitur ex ijs, non tam sanguineos, & biliosos,
quàm melancholicos, & pituitosos, maiori esse
Constantia præditos. Quandoquidem priores,
ex materia quæ illis communis est, ignea videli-
cet & aërea, vtraque leuissima, leuiores atque mu-
tabiliores fiunt: posteriores verò, quia ex graui
& ponderosa constant, qualis est aqua, & terra,
grauiores, ac subinde constantiores euadunt.

3 Sed antequam de vnaquaque agamus neces-
sum est, ut paria quoque, ac totidem vitia prima,
quæ tanquam capitales Constantiæ hostes, sese
illis opponunt, atque perpetuum cum eisdè bel-
lum gerunt, in medium afferamus. Ut enim Iu-
stitiæ contraria est iniquitas, siue Iniustitia: ac for-
titudi-

*Qui sint ad Cō-
stantiam prom-
niores.*

*Capitalia vitia:
quæ sese primis
uirtutibus op-
ponunt.*

Quatuor pri-
mae virtutes re-
liquas in se con-
tinent.

Quibus modis
a virtutibus si-
ferentur vitia si-
ue pugna.

titudini ignavia; sic Temperantiae, intemperan-
tia, ac Prudentiae temeritas aduersantur. Ac per-
inde, vt ad hasce summas virtutes reliquae redigi
possunt; sic vniuersa vitia quauis infinita, ad hasce
praecipua reducuntur: quae nihil aliud magis mo-
buntur, quam vt virtutibus insidiantur, ac inui-
deant, easque euertant, nihilque, quod non tur-
pe sit, efficiant; modo tyrannidem in easdem exer-
ceant. Fit tamen, vt sicuti ignavis ac vecordibus,
vitia videntur inuicta; ita nauis quidem, ac indu-
strijs, vbi se eiusmodi virtutum armis praemunie-
rint, nequaquam fiant victi, expugnatique diffi-
cilia; modo se ita ad conferendas cum ipsis vitijs
manus preparauerint, vt aut euitando, aut potius
simum perferendo, contendant ea superare; pro-
pterea quod pleraque ipsorum eiusmodi sunt, vt
contra tendere, vinci sit, vincere, terga dare. Ne-
que enim vitio fuit vnquam datum Imperatori-
bus, hostes, quos tuto aggredi non possent, pru-
denter declinasse; atque vt a suo exercitu peste
auerterent, cum pestilenti minimè commisce-
ri fuisse. Quid autem vitiorum turba pestilen-
tius? Quid illorum illecebris, lenocinijs, & blan-
dimentis, quae contagione serpunt, ac latius ma-
nant, ad contaminandum exercitum paratius?

An

An Graecorum dux sapientissimus Vlysses, pro-
pterea quod se nauis malo alligari fecit, totamque
classem clangoribus, ac tympanorum sonitu per-
sonantem, & perstrepe ntem, ne Sirenum canti-
bus allecta, ad scopulos maris sinus appelleret
praeteraehi iussit, sagacissimi nome amittit: quod
etiam in omnibus prope vitijs videre est, quae non
tam ipsis occurrendo, quam aut euadendo, aut
tolerando (vt diximus) peruincenda sunt. Maio-
rem quippe laudem iniurias ferendo, quam vici-
scendo quemque mereri, non minus profanis,
quam sacris sancitum est legibus. Quibus cum mu-
tua charitas, tum a legislatore Christo commen-
data proximi dilectio, tanto opere firmari solent;
vt ex in quauis alia praecipua legis leuiores fiant.

Sunt igitur summae illae Imperatoriae virtutes
quattuor Cardinales (vt postea vocabimus) reli-
quarum tanquam duces, ac praefecti castrorum:
quae tamen sunt quidem satis ad Constantiae a-
luminos, non defendendos modo, sed exercen-
dos, & omnibus bonis cumulandos; tamen ad
perbeandos, aliae existunt ipsis longe praestantio-
res; nempe Fides, Spes, & Charitas, quae coelitus
(vt dictum est) infusae virtutes, diuina largitate,
atque gratuito, non ex pro merito, communica-

C ri so-

Exemplū Vlyss-
is ad vitia su-
peranda.

Maioris esselan-
dis ferre, quam
ulcisci iniurias.

Quibus differat
virtutes Cardi-
nales a Theolo-
galibus.

*virtutes Theo-
logice quæ.*

ri solent mortalibus; scilicet, qui Christi mili-
tiz se ascribi, atq; sacro eius ac diuino fonte ab-
lui voluerūt. He iure optimo à Theologis Theo-
logicæ vocatæ fuerunt: propterea quod superna
quædã sint Christi munera, pretiosissimo ipsius
tincta sanguine, tum æternam salutem nostram
nobiscum nauantia; tum etiam summam illius
erga nos beneficentiam prædicantia: & quæ di-
uinitate quadam, cœlesti nimirum gratia, sic hu-
manas virtutes perficiunt, vt per has etiam ad æ-
ternum ac diuinum præmium omnes aspirare
possint. Sed hæc quoniã multi sermonis sunt, in
quintum, & sextum libros speciatim differenda
relinquemus: vbi de pietate, & religione, apud
quas diuinæ illæ virtutes diuersantur, erit oratio.

*Quam longè a-
liter se habent
in suis ortu theo-
logales virtutes
à Cardinalibus.*

Ex quibus relinquitur, quatuor illas, quas Car-
dinales appellauimus, longè aliter se habere, quã
Theologales prædictas. Nam licet non sine ali-
quo diuino afflatu illæ mortalium animis infi-
deant; magno tamen labore, atque contentione
animi, magna etiam assiduitate, & vigilijs est o-
pus ad eas comparandas, & in lucro ponendas.
Neque enim vna, aut altera actione, seu perexti-
guo vsu virtutis, rectè agendi consuetudinem,
aut virtutis habitum acquirimus. Qui habitus ni-

*virtutis habi-
tus quis sit.*

hil aliud

hil aliud est, quàm quædam, aut animi, aut corpo-
ris constans, & absoluta in re aliqua perfectio;
quam non modo comparare industria; sed vsu,
& diuturna exercitatione cõfirmare necesse est;
atque in hunc modum, ad singulas quasque ac-
quirendas virtutes, animum intèdere. Inter quas
vsque ad eò præstant hæc quatuor, vt non in scite à
Theologis Cardinales, duplici de causã, appel-
latæ fuerint. Aut quia cardines sunt eius valua-
rum arcis, quam sibi ædificauit Constantia, in
quam sese virtutes omnes recipiunt, ac prodeunt
ad debellanda vitia: Aut quia peræque sese in
vtramque partem reuoluunt; dum quantum in
profligandis vitijs impediunt operæ, tantum dem-
quoque infumunt ad bonos mores inducendos.
Quarum vnaquæque suas etiam habet pedisse-
quas, vt alterutra in parte Cõstantiæ diligentius
inseruiant. Nam & Prudentiam sequitur sagaci-
tas, quæ ad prospicienda pericula, & hostium in-
dagandas versutias, commodissima fit ei adiu-
trix; & Iustitiam quandoque necessariò conse-
quitur acerbitas; hæc licet illius soror æquitas per-
sæpe refrenet; & fortitudinẽ prouehit magna-
nimitas; tametsi iusto quoque timore impedia-
tur nonnunquam; & temperantiam denique

*Cur dicantur
Cardinales.*

*Pedisseque præ-
marum virtutũ.*

(quam nulla alia virtus moderatur, quoniam optimè temperato nihil datur temperatius) magna eius laboris comes continētia subleuat. Vnde conficitur, vt sub hoc ipso octagono vniuerse ferè contineantur virtutes, ad huncque numerū nullæ non redigi possint.

Virtutum octagonus.

6 Has ergo præcipuas cum reliquis virtutum agminibus Constantia solet ad suam arcem aduocare, quam sibi, ac Perseuerantiæ sorori à fundamentis erexit, vt in ea virtutibus, & earum alumnis noctu tutus esset receptus. Idque propter nocturnas, atque lucifugas prauitates, que in obscuro licentiores sunt, multoque dissolutiores ad mala contra virtutis sectatores perpetranda. Est autem hæc arx (vt eam breui describamus) sub felici cœlo, solo verò aspero, ac ob continuas hostium incursiones inculto sita; sed natura munita, atque in trianguli formam posita; muro etiam plusquam æneo, atque inexpugnabili conclusa. Constant enim fundamenta eius ex consentanea, æquabili que in omni vita dictorum simul, & factorum consensione, & concentu: vallum, & fossa, perpetua sunt ab Inconstantia, & mutabilitate mentis secessio & diuortium: latera, & parietes ex pertinacia, quæ Constantiæ est imitatrix, quasi præduro

Arx Constantiæ descriptio.

Fundamenta arcis.

Vallum & fossa.

Lateræ, & parietes.

duro saxo, existunt. Ad hæc turres tres habet, *Turres tres.* ad trinos angulos arcis positas, quæ firmitatis animi, firmi consilij, & perpetuæ vitæ rationis, nomen habent, quibus tantoperè nititur Constantia, vt singulis custodiendis prædictas Theologales virtutes præfecerit. Custodes autem, atque *Custodes & excubie.* ad excubandum per mœnia distributi vigiles, ipsæmet sunt per arcem circumfusæ virtutes; quæ ad erudiendos alumnos, partim in sacellum, *Sacellum.* quod in medio arcis est situm, vt animum ad diuina intendat; partim in triclinium honestis imbuendos moribus, & artibus instruendos; partim quoque in aream, vt gymnasticam exerceant, *Arca.* conuenire solent. Nempe vt perdiscat, quæ tum diuinitus animaduertenda sunt, tum humanitatis præcauenda, & agenda; quo liberiùs in continua ratione, & actione vitæ erudienda versentur. Tormenta verò, reliquaque instrumenta bellica, acerrimi, inuictissimi que sunt quorundam animi, quorum *Tormenta bellica.* si corpus constringatur, animo tamen nulla possunt iniici vincula. Præterea summum eius receptaculum in præcelso, editoque arcis loco positum est; vbi omnes constantiæ opes, & thesauri (præclara scilicet in omni vita equalitas, idemque *Summum receptaculum.* semper vultus, ac eadem frons) reposita sunt; illudque

illudque sorori Perseuerantia: tanquam præfidi est commissum. In quo aureis circumquaque literis inscriptum est Evangelicum illud; Qui perseuerauerit usque in finem saluus erit. Porro vexilla, signaque trophæorum, passim turribus, ac editioribus affixalocis, insignia, & monumenta sunt bellicæ laudis, & victoriarum, eorum qui, duce Constantia, vitam pro patria, proque religione libenter profuderunt; quique nobilissimos pro virtutibus triumphos de vitis egerunt. Denique ubi porta vnica est, nullis neque foribus, neque clauibus obserata. quid enim ubi nullus est somnus, non sopor, aut languor; sed perpetua attentissimaque virtutum excubatio, & vigilanz, ianuis est opus. At vero murus ita circumquaque concluditur, propter clædestinas voluptatû aggressiones, ut nullo pseudothyro sit apertus: tæcti quattuor summis illis virtutibus porta semper est in custodia tradita, ut earum telis armisq; munitæ reliquæ erumpentes virtutes, acris suas in vitia, quæ arcem circumstant, excursions faciant. Idq; eadem comitante, atque stimulante Constantia, quæ tû diligentia, & magnanimitate, tû recto, & veritate armata, continuo, aut pro foribus stat arcis, aut exentes illas consequitur.

Est

vexilla & insigne archæ.

Porta patens.

Cur nullus pseudothyro.

Constantia quibus reliquas virtutes comitari solet.

77. Est autem virtus Diligentia, quæ Pigritiæ opposita, propria Constantiæ comes, quod de ea, cum omnibus in rebus, tum in prouehendis virtutibus plurimum valet, & tanquam præcipua earû ministra, semper est adhibenda, assiduitate quippe & labore sociis, nihil non assequitur. Nam cura, attentio, animi cogitatio, vigilantia, assiduitas, labor, (vt inquit Cicero) hoc vno diligentia verbo continetur. Quemadmodum qui eadem nulla non in re vtuntur expetiri solent: si tamen eius habenas regat Prudentia, ne suo illa agendi ardore, aliquid temere imprudenterve, aut inconsiderate agere tentet. Quamobrem recte cum magnanimitate coniuncta est Prudentia, quoniam ubi multum est animi, & diligentia, ibi plurimum insit consilij, necesse est. Præterea insidet Constantia mansuetissimæ, atque obsequentissime equæ, cui Patientia nomen est, hoc vno quippe iumento robustissimo confisa, socios & alumnos nunc antecedens, nunc subsequens, atq; hinc inde circumstantis, omnibus præstito est, & ad quemuis malorum incursum sustinendum iuuat quam maxime, ac non modo spinosissima quæuis negotiorum dumeta, quibus impeditur, percurrit; verum nulla non pro vir-

Diligentia Constantiæ comes.

Prudentia Constantiæ moderatrix.

Patientia Constantiæ iumentum, quo asperissima quæque via percurri solent.

C 4 tutibus

*Vincendi ars
per patientiam.*

*Constantia per
petua cum vi-
tibus bella gerit.*

*Vitiorum uul-
gus ignauum, cō-
silio, & ordi-
ne destitutum, ex
quibus consistit.*

*Vitia multo plu-
ra esse quam vir-
tutes.*

tutibus cōtra prauitates bella profecquitur; eaq; tandem, aut cunctando, aut euadēdo, aut petiēdo, vt dictum est, conficiens, suas quoque gloriosas victorias, & laureolas reportare solet. Eiuscemodi ergo munita presidij, atque firmata propugnaculis Constantia, bellum sibi ab vniuersis licet infinitis illatum vitij, non per timefcit; neque eorū infinitate deterretur, quominus perpetua cum illis bella gerat. Sunt enim ea vulgus ignauum, in quo nō est consilium, nō ratio, non discrimen, nec diligentia; sed infida, promiscuaque turba quaedam, atque imbellis multitudo; vel, si exercitus, ex desperatis quibusdam afortis, perditis, ac profusis nepotibus, siue decoctoribus collectus: qualis est profectō vitiosorum, atq; flagitiosorum colluies hominum, qui se libidinibus, & effrēnatis cupiditatibus tradiderunt: & qui tanquam transfugæ, ab arce pulsi, spaciosissima campestria loca tenuerunt, vbi sub iugum missi libidinis impotentis dominæ, nullis se amplius rationis terminis circumscribi permittunt. Quorum tanta est, adeoque vilis, & abiecta copia; vt, cum vix decem ex illis cum vna virtute audeant configere; tamen ad vnquamque oppugnandam cen-
tum

tum prope vitia concurrant.

3 Huius ergo perditissimi exercitus, & copia- rum duces, cum neque se, neque circumfulam multitudinem legibus coercere possint, à bonorum vrbibus, vbi leges sunt, perpetuò exulātes, atque in camporum patentibus æquoribus vagātes, tabernaculis se continent, quæ purpureis, auroque intextis intenta sunt velis. Vbi splendide mensæ, omnium epularum, atq; deliciarum generibus refertæ cunctis proponuntur, ab hisque nullo non libidinis congiario effusa caterua condonari solet. Ijs itaque prætorix scortatorum cohortes ministrāt, atq; cum vino, & alea comestationes, & scorta suggerunt. Quorum magni cōsiliarij, sunt assentatores; castrorum præfecti, lanistæ, & incendiarij: communes verò centuriones, & milites, raptores, homicidæ, & heluones. Demum, quæ huic præfunt turbæ, duæ sunt impudentissimæ fœminæ; altera dominatrix animi cupiditas, quæ in summam semper est voluptatem intenta; altera malorum hydra impietas, quæ priore longe truculentior habetur; quod hæc procax sit meretrix, quæ alūnos suos non solum exleges, atque omnium sceleratissimos, sed etiam omnis diuinitatis contemptores

*Cur vitia exula-
re dicantur.*

*Vitiorum mul-
tudo, & collu-
ies, quibus se-
lock contineat,
& qualem vitā
agant.*

*Officia, & eorū
exercitationes.*

*Vitiorum præf-
des.*

Cupiditas.

Impietas.

C; curat

curat efficere; & quæ religioni, ac pietati tanto-
perè aduersatur; vt quantum in ea est, nihil tam
machinari soleat, quàm vt vtramque penitus à
suis sedibus, atque fundamentis conuellat; præ-
fertim ea, quæ infidelissimorum nostri temporis
hæresiarum pectoribus est infixæ. His quip-
pe non satis est sese, ore, lingua, manu, ac vita
omni inquinare; sed etiam sacra omnia irridere,
atque veritatem sanctarum scripturarum tam
impuro contaminare mendacio, vt sua expres-
sa inde venenata doctrina, piorum mentes sem-
per conetur inficere. Nec mirum quidem, cum
tam absint à Constantia, vt neque in vna simul,
non dictorum modò, sed neque factorum con-
sensione cõsistant. Quinimmo tam sibi ipsi nõ
constant, vt à varietate, & inconstantia, & crebra
tanquam tempestatum, sic sententiarum com-
mutatione, nunquam discedant.

*Impietas hære-
ticorum pecto-
ribus infixæ.*

*Heretici quàm
absint à Constã
tia, & sint inco-
stantes.*

*Infideltas, de-
speratio, & o-
dium, fidei, spei,
& charitati cõ-
trariæ.*

Fuerunt igitur ab hac impietate prognatæ In-
fidelitas, Desperatio, & Odium, siue Contem-
ptio; quæ aduersus virtutes illas (vt paulo ante
diximus) fidem, spem, & charitatem insurgunt;
hasque iidem impij nebulones suis aculeatis so-
phisimatis, tanquam telis, è piorum mentibus,
vbi coelitus insertæ fuerunt, frustra extirpare cõ-
tendunt.

tendunt. Quandoquidem eorum aciem ipsa-
met pia, ac sacrosancta religio, diuinam simul,
atque Ecclesiasticam doctrinam edocta; quin
& verbo Dei, vt gladio, diligenter accincta, po-
test per quàm facile retundere. Sed hæc in quin-
tum, & sextum libros confutanda reijcimus. Re-
stant igitur paulo minores hostium Imperato-
res, Iniustitia, Ignauia, Libido, & Temeritas,
quæ cardinalitias (vt supra attigimus) virtutes, co-
minus, & acerbè nituntur oppugnare, atque cū
ipsis vniuersos etiam Constantiæ alumnos, & ar-
cem demoliri se posse frustra existimant. Qua-
obrem harum neruos, & vires virtutum, qua-
les, quantæque sint ad eiusmodi reuincendos
hostes, necesse nunc erit explanare, modò prius
ex antea dictis colligamus, præcipuum Constã-
tiæ munus esse, suos ad pugnam excitare, &
quali militiæ sacramento affectos ad prosequen-
dum coeptum adigere; ac ne tergiuersari pos-
sint, cum imperio eos, magnisque clamoribus
corripere; vt tandem Perseuerantiæ tradat in-
struendos, eaque magistra, & in virtute profi-
cient, & quàm instituerunt viam tenere per-
gant. Quæ de causa, Constantia hoc maxime
pugnat, vt suos sectatores domi, forisque sem-
per

*Hereticorum
aciem retundit
Ecclesiastica do-
ctrina.*

*Vitia Cardina-
libus virtutibus
contraria.*

*Præcipuum cõ-
stantiæ munus.*

per exerceat; ac propter veram gloriã (quæ labo-
 re parãda est) periculis quam maximis obijciat;
 quoad in huiusmodi obdurescentes laboribus,
 & patientia, in eo firmissimo statu collocet, è
 quo neque vlla fortunæ temeritate labefactari;
 neque vllis voluptatis illecebris de proposito di-
 moueri valeant.

10
 Quamquam meminisse oportet, quod supe-
 riore libro exptelsimus, Constantiam minime
 quidem fuisse agnatam virtutibus, sed alumno-
 rum gratia, postquam adoleuerunt, vtriusq; ad-
 esse solitam: nec iniuria, quoniam in primo eo-
 rum ortu, atque cõgressu cum virtutibus, inest
 mollicies, & teneritas quædam, quæ minimè fer-
 re potest dura illa, austerãque Constantiæ moni-
 ta, & seueras obiurgationes, quibus in suos sæ-
 pè vitur. Vnde necesse est eos, more infantium,
 quibus lacte tantum est opus, molliter, suauique
 institutione, verecundiæ, & vrbaniatati, duabus
 castissimis virtutibus, educandos tradere. Est
 siquidem verecundiã custos omnium virtutum,
 de decus fugiens, laudemq; maximè consequens,
 quæ cum vrbaniatate conjuncta magnum vitæ or-
 natum efficit. Vrbaniatatis quippe, atque huma-
 nissimi sermonis tanta est vis, vt vel ipsum ma-

Cur Constantia
 non adest virtu-
 tibus nisi adul-
 tis.

Verecundia cu-
 stos omnia vir-
 tutum.

ledictum vrbaniatatis sale cõditum, vix cuiquam
 iniuriosè infigatur. Planum est ergo, virtutem ty-
 ronibus, (si modo tradi aliqua ratione potest)
 non minis & vi ac metu, sed instituendo & per-
 suadendo, aliquando etiã pudore, rubore, mo-
 destia, & ingenuitate propositis, ipsos, quoad
 adoleuerint, instruere: indeque ad Cõstantiam
 quæ grauitatis, atq; consilij plena est virtus, tan-
 quam solidiori cibo roborandos, & confirman-
 dos adducere. Tunc siquidem Constantia ma-
 xime reuirescit, atque ad suum opus perficien-
 dum diligentius accingitur; cum earum, quæ sese
 illi offerunt, adiutrix fuerit, atque socia virtutum.
 Non enim cum qui constans est, fieri iustum,
 aut temperatum; sed qui iustus est, aut tempe-
 ratus, constantem effici dicimus. Quare aut iu-
 stos, aut temperatos, aut fortes, aut prudentes,
 esse oportet eos, qui Cõstantia imbuendi sunt,
 eiusque robore, ac viribus firmandi. Nam sicut
 in pueris parui ducimus ingenuos esse eos, be-
 neq; natos, neq; mirifice ipsorum indoli fidimus,
 quoad fata in eis à natura virtus, a cõtione aliqua,
 quasi herbescat, & rationis radices agat: Ita ne-
 que quisquam ingenio licet, atque natura perbo-
 nus, verè fiet constans, qui minime fuerit antea
 aliqui-

Maledictum ur-
 baniatatis sale cõ-
 ditum iniurio-
 sum non est.

Quo pacto vir-
 tus sit tradenda
 tyronibus.

Non constans iu-
 stus; sed iustus
 constans fieri di-
 citur.

Pulchra similia-
 tudo.

aliquibus virtutibus excultus; vt ijs tanquam ad-
miniculis, perinde vt vitis serpens, quæ clauicu-
lis quasi manibus complectitur, quidquid est na-
cta erigatur, ac prouehatur in melius. Bene-
quippe institui, quàm bene nasci satius esse, ne-
mo est qui inficietur.

VI
Virtutis iustitiæ
descriptio.

Psalm. 10.

Virtutes sine e-
quo. et iusto mu-
nus suum adim-
plere non pos-
sunt.
Quid Cicero
iustitia.

Itaque qui maximè omnium se offert Con-
stantiæ roborandus est iustus. Est enim summa,
& excellentissima virtus Iustitia, sine dubio præ
cæteris Deo charissima, huius quippe sororem
æquitatem diuinus semper respicit vultus, atte-
stante Propheta, Iustus Dominus iustitias dile-
xit, æquitatem vidit vultus eius. Domina etiam,
& regina virtutum iure habetur; propterea quod
eius sociæ, Fortitudo, Temperantia, & Pruden-
tia, quæ reliquarum omnium (vt dictum est) sunt
semina, & compendia virtutum, vix munus suum
vnaquæque sine æquo, & iusto adimplere pos-
sunt. Quæ item tam longè, lateque patet, vt re-
ferente Cicero, Iustitia erga Deum religio
sit; erga parentes pietas; vulgo autem bonitas;
creditus in rebus fides; in moderatione animæ
uertendi lenitas; amicitia etiam in beneuolen-
tia nominatur; vereque visa est cælo, terraque
complecti omnia; atque ad omne transigendū
nego

negotium perexpedita, perque fidelis; atque cõ-
pendiaria rerum æstimatrix, seruato æstimandi
ordine, semper est inuenta. Ac insuper, vel ex
eo, quod eius est proprium virtutis, vnicuique
ius suum tribuere, neque alienum tollere; ideo
virtutum omnium mensuram explet. Quapro-
pter omnibus vsque adeo chara est, ac sancta, &
angusta; quin & Deo proxima; vt Theologi eam
in Deo, Deum esse agnoscant, & reuerentur;
atque inter summa, & essentialia (vt dicunt) at-
tributa Dei, nempe inter bonum & sapientem,
iustum constituent. Hæc enim vna est virtus,
quæ nos Deo copulauit; ad eiusque iustitiam,
quam erga nos iustificationem appellamus (de
qua postea latius) iustificandos vocauit. Iustum
quippe fuit, vt quos ipse summè iustus creauit,
ad sui que imaginem, & similitudinem erexit,
amaret etiam, charosque haberet, ad eosque
saluandos pelliceret. Ad hæc, ea est huius vis
& natura virtutis ad quæuis longè à sese disiun-
cta copulanda: vt ea sola potuerit mortales vbi-
que terrarum in vnum congregare, ac efficere,
vt ciuitates sibi ipsi construerent; Respub. con-
tinerent, simulque otiosam vitam, & quietam a-
gerent. Pacem enim & iustitiam se inuicem

Iustitia in Deo
quid.

Iustitia morta-
les in unum cõ-
gregauit.

luauia

Psalm. 84.

suauitas fuisse affirmat Propheta, inquit, Iustitia, & pax oscularæ sunt: ex eoque tam honesto complexu concordiam obortam, nulla non docet rerum experientia. Nam eiusdem summa necessitate iustitiæ cogente, hæc mortales quasi vinculo ad rem gerendam, seque propterea expectandam, tanto perè constrinxit; vt nullus viuendi, atque in vnum commorandi modus sine ea vsquam fuerit inuentus, neque inueniri possit, vel ab his, qui maleficio, & scelere pascuntur, vt latrones; quibus sine aliqua iustitiæ particula viuere non datur. Est quippe nobis à diuina institum iustitia, vt si vel Deum, atque omnes homines, celare possimus, nihil tamen iniuste faciendum iniuste putemus. Quò fit, vt tam valde magna sit huius dignitas, atque necessitas virtutis; vt vel officijs scientiæ præponenda sint officia iustitiæ. Vitare siquidem omne malum, atque bonum inducere, longe præstantius est; quàm hæc ipsa contemplari. Quin etiam ad vniuersas tollendas lites, & cōtrouersias dirimendas, vsque ad eò illa præstat, vt sola possit legum, atque rationis iugum Regibus, ac Principibus imponere, eosque ad standum iuri non modo cogere, sed recusantes, tyrannidis redarguere. De-
mum

Nullis uel sceleratis uiuendi in unū modus datur sine aliqua iustitiæ particula.

Officijs scientiæ præponenda sūt officia iustitiæ.

Sola iustitia potest Principes ad standum iuri cogere, aut tyrannidis redarguere.

mum ad contumaces, & insolentissimos quosque coercendos populos magna quoque est satelles, & ministra Regum, vt hemistichio Poëtæ notatur,

Iustitiaque dedit gentes franare superbas.

Cum itaque Iustitia sit eiusmodi, vt non solum unicuique suum pro dignitate tribuat, nec alienum penes se retineat; sed malorum sit etiam vindex, atque scelerum vltrix seuerissima, digna profectò est, vt eidem iniuriati à Constantia roorentur, ab eaque perseverantiz addicantur perficiendi, & in eo statu, quem assequuti fuerint, retinendi.

12 Post iustitiam, omnium maximè adiutrix, & socia Constantiæ se offert Fortitudo; que virtus adeò animosa est, & valens, atque in bello præsertim tum illustris & præclara, tum maximè diligens, & ab ignauia remota; vt magnam subinde auctoritatem, & existimationem apud Historicos fuerit cōsecuta; cum non minus domi quàm foris ad belligerandum sit nata. Ac quoniam summam quandam excelsi, atque inuicti animi magnitudinem præfert, Constantiæ magis, quàm cuius alij virtuti persimilis habenda est, multumque finitima. Nam & in con-

Iustitia sult cuius que pro dignitate tribuit.

Fortitudinis descriptio.

Fortitudo tam domi quàm foris belia gerit.

D. fide:

Fortitudo Constantia similior.

Fortitudo non est hominis quæ propria uiri uirum habenda.

Fortitudo quibus inst.

considerata periculorum aggressione, atque laborum perpeſſione, ut illa verſatur; & ei proprium est (ut Cicero ait) nihil extimescere, humana quoque omnia despiciere, quibusuis venientibus malis obstare, nihilque, quod homini accidere potest, intolerandum putare. Ex quo non tam hominis, quam propria viri virtus est habenda; eaque in tribus potissimum, labore, dolore, & periculo aspectanda. Et quæ demum legibus, & prudentiæ vsque adeo paret sine timore, ut nihil ei desit ad veram exprimendam virtutem, & Constantiam omni ex parte imitandam. Viros etiã fortes, animosos, & pietatis causa acriter se morti deuotentes gignit; qui & omnia in fra se ducunt, & humanos casus virtute longè inferiores putant. Nec verò adeo restricta est virtus, ut solis tantummodo generosis, & claris viris, qui aut sapientia; aut splendore generis præstant, conueniat: cum fortis animus, & magnus, in homine non perfecto, nec sapiente, plerunque feruentior sit, atque in adeundis periculis ardentior existat. Porrò non est alia virtus, quæ suis socijs virtutibus adiuta, animi magnitudine, grauitate, patientia, & humanarum rerum despicientia, vehementibus malis magis quam

quam ipsa obsistat, eorumque aciem, æquo ferens animo, acrius retundat. Verum enim, quam strenua valde sit, atque communi multorum sermone & fama celebrata, quæ bellis agitatur: ut potè quæ non modò in propugnandis finibus, sed in coercendis tyrannis, & propulsandis iniurijs, Reipub. ac libertatis est vindex validissima; suas tamen domi, atque intra priuatos parietes, controuersas habet exercitationes, quas bellatrix iracundia quotidie excitare solet. Vnde neque ab re prouerbio dicitur, Fortitudinis cotem esse iracundiam; ideoque domestice fortitudines habendæ non sunt militaribus inferiores. Non enim minor est animi ad seipsum, quam erga alios pugna & contentio; immò verò pares, ac vel maiores ex ea sequi solent victoriæ & triumpho. Vicisse quippe seipsum, quis non in summis atque præcipuis fortitudinis trophæis reponet? familiares item contentiones, continuas rixas, & domestica iurgia, nullas ferè intermissiones habentia, quæ potissimum, pungente Zelotypia, vxoria res fert, æquo pertulisse animo, quis non magnanimæ, ac præpotenti perferentium fortitudini ascribet? Quod si fortis ægroti est medicinam, vel amaram, sumere,

Bellatrix iracundia quas mouet domi rixas.

Non minor est animi ad seipsum quam erga alios pugna, & contentio.

Zelotypia.

vel vrentem pati; an non perquam fortis est sapientis, grauissimas quandoque reprehensiones, atque obiurgatorias insipientis alicuius monitiones, patienter accipere?

13. Senectus cur sit adolescentia animosior & fortior.

Adde illud, quod verè dici solet, animosiores esse senectutem quam adolescentiam, & fortiores; propterea quod diuturna illa, cum experiendi ac perferendi res assuetudo; tum humana despiciendi vsus, quæ omnia insunt in senibus, longè peritiores, ac subinde animosiores eos reddunt iuuenibus; & quod horum ætati magna insit consilij imbecillitas, nec fatis sibi sapiat; & quod pericula tanquam minus præuisa iacula, magis nocitura timeat. Atque ut in rebus asperis citius florens ætas perturbari solet; sic in adeundis periculis sapè fit, ut eius nauata opera, audaciæ potiùs, quam fortitudini ascribatur. Quod si fortitudinem (ut aiunt) imitatur audacia, atque susceptum facinus audaci prosperè successerit; quia tamen is, ut sapè fit, inconsideratè egit, non tam fortitudini, quam fortunæ consuevit vulgus eius rei euentum attribueret. Fortuna quippe confidentia fit, ut in aggressionibus timor, vel iustus, qui & in virum constantem cadere potest, pellatur foras; indeque

Audacia est inconsiderata animi elatio.

Audaciæ euentus cur fortunæ & non fortitudinis tribui solent.

ab ijs

ab ijs egregius illè Poetæ versus mirè celebretur.

Audaces fortuna iuuat, timidosque repellit.

Quamuis rursus audacia, pro eo quod vulgò pro sapientia reputatur, minimè à temeritate leuigenda est, neque quod à causa potius, quam à calu & euentu prodierit, iudicanda. Nam ut audaciæ est, quiduis non consulta prudentia aggredi; ita verè quoque fortitudinis, iustique timoris est, sine consilio nihil tentare. Inde planè audax abire solet in temerarium, quod neque à timore vllò corripì se sinit; neque non modò audet omnia, sed credit etiam temere, ac plusquam oportet, facileque fallitur; apparetque subinde, quam inanes, atque perturbatas sapientiæ vices illa gerat. Quanquam equidem per facile, sineque timore credere, atque audere omnino, non tam temerarij insolentivè, quam nimium desperatis est animi; quoniam verus timor prudentia & ratione firmatus, fidelissimus est fortitudinis animaduersor, non euersor: Ut tandè colligas nullam esse virtutem Constantiæ magis consentaneam, quam fortitudinem; ideoque ad illius excitandos, & prouehendos alumnos, neque aptiorem aliam, neque promptiorem.

Fortitudinis est nihil sine consilio tentare.

Cur audax abire in temerarium.

Timor fortitudinis animaduersor est, non euersor.

14. Iam verò Fortitudine seipsa armata, atque in

D 3

Costan

*Temperantia
unde dicta.*

*Quid sit Tem-
perantia.*

*Temperantia
iustitiæ imita-
trix.*

Constantiæ partes abeunte; Temperantia nobis occurrit instruenda: conuenienter quidem à tēpore deducta; quoniam temperata, seu quasi tēporata sunt, quæ in tēpore, hoc est, huius habitatione fiunt, vt̄ pro uerbio innuitur, Omnia tēpore habent. Est autem Temperantia, quæ in victus modestia, atque in continentia & abstinentia consistit, omnium pacatissima, & suauissima virtus. Nam in eo tota est, vt̄ consentaneam rebus æqualitatem, inter inæqualia constituat: cū nihil tam sit ei proprium, quàm medium rerū sequi, ac de extremis demere, quod in medium conferat; perinde ac si quis, ad profundam opplendam, subinde quæ exquandam viam, detrahat de marginibus. Hęc virtus iustitię potissimum est imitatrix: consideratissima; adeo quæ cum bono, & æquo conuenit, vt̄ æquitatis præsertim munus per se ipsa videatur explere; vt̄ potè cū tam magna sit voluptatum expultrix; vt̄ in illis aspernandis, sæpè quidem eam imitetur immanitas. Ad hęc non solum animo, sed etiam corpori (vt̄ paulò antea dicebamus) pro salutaris fuit medicamine mortalibus concessa. Nam ad cohibendam iram, ex qua magna in homine sequitur sensuum, atque affectio-

num

num perturbatio; ac etiam ad sedandam cecam illam, atque insatiabilem animi dominatricem cupiditatem, quæ perpetuam in eiusdem animi regno tyrannidem exercere nititur, nihil est hac vna virtute conuenientius; nihil tuendæ quoque sanitati corporis salubrius: sicuti rursum; absente illa, nihil quicquam eidem corpori obuenire potest pestilentius. Quid enim homine intemperante ad ægrotandum propensius? Nonne in temperans adolescentia effœctum corpus tradit senectuti? Quò fit, vt̄ Temperantia in eo ipso animi regno, iustitia cognominetur: talem quæ Theologi verè fuisse dicunt illam originariam Adæ, Euxque protoparentum humani generis Iustitiam, antequam à Dei obsequio desciuissent; penès quam extitisse asserunt omnium equilibrium humorum corporis ad obediendum rationi, & animo; ne is inæquabili corporis mole pressus, quoquo modo à summa diuina voluntate aberraret. Cuius proinde virtutis tanta est ad summum adipiscendum bonum propensio, quanta intemperantiæ in summum malum inclinatio. Nam vt̄ libido voluptatis (magnum intemperantiæ fomentum) ad omne facinus suscipiendum hominem impellit; ita nulla est mi-

Nihil est ad corporis, & animi salubritatē conuenientius quàm temperantia.

Originaria Adæ Euxque iustitia temperantia, quæque dicta.

D 4 nus

*Temperantia
expedita virtus
ad quoduis opti-
mum exequen-
dum opus, et cō-
stantiæ necessa-
ria ad eius reti-
uendum statum.
Craſſis ſeu tem-
peratio humani
corporis diſta,
ē qua cōſtat.*

*Temperantia
Reipub. eiusq;
ſanitas unde.*

*Sedatio pertur-
bationum ani-
mi ſanitas.*

nus impedita virtus, immo neque expeditior,
ad quoduis optimum exequendum opus, quam
Temperantia; nulla cui magis innitatur Conſtā-
tia ad ſuum ſtatum retinendum. Id, quod faci-
le intueri eſt in humano corpore; in quo hec vir-
tus craſſis, ſeu temperatio dicitur; quoniam ab
ea quidem emergit, ac conflatur ſanitas, quæ ſit,
cum ea omnia congruant inter ſe, ex quibus cō-
ſtamus: & quæ, niſi abuteremur ea, methodus
prope fiet, & quaſi instrumentum (modo nu-
men adſit) ad eandem primam recipiendam ſa-
nitatem. Similiter quoque inuenire eſt in Rei-
pub. Iuris, atque ciuitatis temperatione; cum ex
iſtarum quarumque partium conformatione,
ea ſequi ſoleat æquabilitas, vnde pax (vnica Rei-
pub. ſanitas) oritur; ac etiam concordia, qua
paræ res creſcunt, ad augendam Rempub. cō-
ſequitur. Nec demum aſimilis eſt ab hac cor-
poris, animi quoque ſanitas; cum huius iudicia
& opinioniones concordant; cum omnis eius ſe-
datio perturbationum cernitur, eiq; ſoli ſui mo-
derandi, atque regendi corporis poteſtas, &
quaſi quæda habentur ſunt traditæ: alioqui enim
conturbatus animus non eſt aptus ad exequen-
dum munus ſuum. Atque hæc quidem ad tem-
peran-

perantiam pertinent, quæ in rebus aut expeten-
dis, aut fugiendis rationem, vt ſequamur mo-
net; & cui demum virtuti pluſquam alijs, Con-
ſtantia ſuos inſtituendos, & condoceracien-
dos tradit.

85 Tandem virtutum omnium dux, quæ recta,
& apertam progredientibus viam demonſtra-
re poteſt, occurrit Prudentia; quæ vt valetudini
medicina, ſic tanquam ſumma quædam viuendi
ars nobis eſt tradita; neque differre videtur à
prouidentia. Quippe cum & meminiffe præteri-
torum, & præſentia cernere, & futura proſpice-
re (propria prouidentia munerata) prudentia ſint
maximè peculiaria; perinde vt conſulere omni-
bus; occurrere impendentibus malis, & prou-
dere ſaluti, vtrique quoq; ſunt communia: Ac
velex eo, quòd prudentia eſt virtus cum arte
coniuncta, alijs longè eminet, ac omnibus præ-
ſidet animi affectionibus; eaſque, adiuncta ſi-
bi ratiocinatione, regit tanquam propriam ſa-
miliam. Quarum tantus eſt numerus, adeoque
iners, & timidus, vt cum alumni neceſſario ſint
etiam eiſdem perturbationibus affecti, magna
nimo, valentiſſimoque virtutum exercitu, atq;
callido, ſed conſtanti potiſſimum, & ſapiente

*Prudentia ſum-
ma viuendi ars
omnia prouiden-
tia munerata rea-
git.*

*Prudentia uir-
tus cum arte cō-
iuncta.*

D 5 Impera

Imperatore, duce quoque prudentia, sit opus ad illos
 tutè ducendos, & defendendos: maximè verò,
 quoniã sub noctè, per caliginosa, deuia, & igno-
 ta loca, perq; lubrica, neq; antea perlustrata iti-
 nera, voluptatum atque vitiorum sentibus pas-
 sim squalentia, sit progrediendum: quæque hoc
 ipso obscuriora fiant, quòd densissimis ignorã-
 tiæ tenebris sint offusa: vt planè nulla possit alu-
 nis viam ingressis, magis, tanquam fax præluce-
 re, quàm hæc ipsa summa ars, siue virtus, siue
 vtrumque dicta prudentia. Quanquam neque
 lucis tantum modò partes agit in præmonstran-
 da via: id quippe Solis, & Lunæ officium est, ac
 etiam, dum est sudum, aliorum quoque syderũ;
 quæ non vnã, aut alterã, sed plures, quot-
 quot sunt, possunt vias iter facientibus patefa-
 cere. Veruntamen quænam illarum recta sit, ac
 tutior; quænam deflexa, vel immunita, seu quæ
 cauenda potius, ne in præcipitia deducat; inlu-
 per, vbi occurrat biuium, seu quadriuium, ex
 tot vijs, tametsi publicis, ac latis, quæ tenenda
 sit, aut vitanda, an non sunt hæc prorsus ani-
 maduertenda? Non enim peracuti oculorum
 obtutus rem longè prospectantis; sed solius a-
 ciei mentis, in qua inest prudentia, officium est,
 discer-

Munera & offi-
 cia prudentiæ ad
 regendas virtu-
 tes, & proterẽ-
 da vitia.

Prudentia quo
 pacto discernit
 omnia.

discernere ac iudicare illa: nec minus etiam cõ-
 templari, quàm agere. Nam & bonarum, &
 malarum rerum scientia constat prudentia; pro-
 indeque tum memoria, tum peritia, atque mul-
 torum quoque negotiorum vsu, & tractatione,
 eam refertam esse necesse est; quò magis fiat in
 consultationibus, & ad intelligendum prom-
 ptior, & ad respondendum paratior.

15 Denique prudentiæ munus est, singulis vir-
 tutibus assidere, atque impositum ab earum v-
 naquaque onus alumnis, antequam ij se ad illud
 suscipiendum accingant, perpendere; ac quid
 eorum humeri ferre valeant aut recusent, exa-
 minare; postea consulere; & quid facto sit opus,
 quid fugere, aut sequi debeant, eisdem propo-
 nere; quin & singulos præmonere, videat quid
 agant, quovè tendant; arduum quippe ac per-
 difficile negotium ipsos suscipere: quodque su-
 peranti, gloria proposita sit; succumbenti ve-
 rò, aut tergiuersanti, ignominia sempiterna; ef-
 seque hanc cauendam omnino, illam verò ten-
 tandam; ac vbi succedat, prosequendam; nullo
 autem pacto per pigritiam, aut per ignauiam
 deferendam. Quòd si in suscepto aliquo, minus
 tamen considerato proposito, ipsa pertinaces il-
 los in-

Prudentia con-
 stat ex bonarũ,
 & malarum re-
 rum scientia.

Prudentia vir-
 tutum consul-
 trix prouida.

*Mutatio consti-
ti; non semper
habita fuit pro
Inconstantia.*

los inuenerit, ab illo etiam deducere conetur;
obijciens, nunquam fuisse habitam pro Incon-
stantia (vbi oportuerit) consilij mutationem.
Itaque peræquis ad suadendum & dissuadendū
rationibus viâ prudentia, alumnis optione da-
ta, subducere sese quodammodo, atque in arcē
solet recipere: quoniam propter incertos rerū
euentus, fallacesque negotiorū successus, quos
Fortuna peruicacissima Constantiæ aduersaria
sæpè inducit, subtimida est; neque potest æquo
ferre animo, consilia sua, alioqui fidelissima, nō
tam ex re, & à causis, quàm ex euentibus iudi-
cari. Ideoque vix cuiquam de capienda morte,
honestissima quantavis ex causa licet, consiliū
dedit; quin simul de illa vitanda dederit confi-
deratius. Hæc cum de prudentia, eiusque so-
cijijs virtutibus satis superque sint dicta, atque ad
iplos Constantiæ alumnos præmuniendos accō-
modata; cōuenit, vt eosdem ab arce ad sub-
eunda pericula, resque periclitan-
das, duce Constantia,
eliciamus.

*Sagax prudenti-
æ consilium.*

DE

DE CONSTAN- tia, siue de vero ho-

minis statu.

LIBER TERTIVS.



PRAECLARE profecto *cōparatio Qua-*
de Constātia opinatos fuis- *drati cum bono*
se illos existimo, qui eam *et perfectio uis*
primo libro tā omni ex par- *ro.*
te absolutam, perfectamq;
virtutem esse voluerunt; vt
quadrato persimilem dixe-
rint; ac proinde quadratum in bono viro ni-
hil aliud, quam ipsum Constantis statum esse
asseruerint. Nec mirum quidem, cum tam latē
pateat, tantiq; sit quadratum omnibus in re-
bus, apud Mathematicos potissimum; vt non
solum in numeris, verum in figura, & corpori-
bus perfectum inueniatur. Nam idcirco qua-
ternarius habetur numerus perfectus, quoniam
ex se in seipsum reuertitur; tum quod quater
quattuor, sexdecim (qui numerus perfectus est)
consti

*Quadratum dicitur
apud Mathematicos.*

*Quaternarius
cur sit numerus
perfectus.*

constituunt; tum vel maximè, quod ipse integrum denarium (vltra quem non est numerus, sed eiusdem conduplicatio) in se continet; vt quattuor, tria, duo, vnum, quæ simul colligata constituunt decem. Idem quoque figuram efficit perfectâ quattuor contentam lineis; ex quibus quattuor etiam anguli recti, sibi quæ inuicem æquales insurgunt. Inuenitur etiam in corporibus, vt est cubus; sex enim superficies quadratas æquales habet; quarum vnaquæque quattuor lineas rectas continet; totidem quæ angulos rectos efficit, & quomodocumque iaceat, semper stat, eodem quæ modo se omni ex parte gerit; propterea quod portiones omnes sunt æquales, neque in numero, figura, & corpore vlla est inter singulas discrepantia, neque dissimilitudo. Quò fit, vt Mathematica in re, quadratum nihil differat à perfecto. Quæ planè dicta, si ad virum bonum referamus, mirè eum & cum quadrato, & cum perfecto conuenire reperiemus. Nam & eodem semper modo ille se habet, & vi ac beneficio virtutum, quibus innititur, ac perficitur, retinet in omnibus æqualitatem quãdam, quam perpetua quoque æquabilitate vitæ præsert; ac, vt videre est, præstat. Constat igitur illud

Figura quadrata perfecta.

Cubus figura sua perfecta.

In Mathematicis Quadratum nõ differt à perfecto.

lum esse quadratum numero, quoniam vt partes quadrati similes inter se sunt, atque nullus in eis est ab æqualitate excessus; sic & viri boni actiones, quocumque in negotio & fortuna, semper sunt sui similes; & mediocritatem virtutis, tanquam æqualitatem, continenter retinent. Est autem quadratum in figura; quoniam vt hoc quattuor constat lineis; sic ille summis illis quattuor virtutibus appellatis (vt supra) cardinalibus, tanquam angularibus connixus, figuram recti adumbrat, ac rectus, & æqualis, sui quæ similis semper est, atque à prauitate, & mutabilitate mentis longè disiungitur, perpetuo quæ sibi constat. Demum cubus est; nã sicut corpus hac ipsa constans structura cubica, vtcumque reuolutum ceciderit, manet rectum; eodem modo quacumque fuerit ille fortuna iactatus, ac conflictatus, manet semper idem; neque animo deijcitur. Eiusmodi ergo est vir constans, quadrato siue perfecto viro bono comparatus, cum huius bonitas sine Constantia nulla sit: ipsius quæ vera quadratura, non Fortitudo, aut Iustitia; non Temperantia, aut Prudentia (quamuis sine ipsis non sit) sed Constantia appelletur. Nam perinde vt humanum corpus, tametsi quattuor præcipuis

Quo pacto omnes Quadrati partes quadrat ad bonum virum.

Constans cum quadrato siue perfecto viro bono comparandus.

puis constet humoribus, sanguine, pituita, & vtraque bili flava & atra; ab eo tamen qui inter hos præstat denominatur; ita virum bonū, omnibus licet cumulatum virtutibus, vna efficit Constantia, tum vt quadratus sit, atque eo ipso perfectus; tum etiam vt eundem constantem appellemus.

2 Hac igitur quadrata perfectione armata Constantia, seque ipsa mirabiliter protecta; ac sacro illo septenario (de quo antea) virtutum numero sociata, suos in arce contemplationi vacantes alumnos, ad actionem vite, & virtutis vsum, curam deducendos: quoniam cum actiuosa sit, maximeque officiosa virtus, nequaquam sinit illos otio, perniciosissimo virtutum hoste, domi languescere: sed exercitatione conatur perficere. Nam etsi ob defatigationem ingrauescunt corpora, animi tamen plus se exercendo leuantur. Iubet ergo eos tanquam greges ad pascendum, vna cum vniuerso virtutum agmine prodire in campum; vt earum ductu, atque institutione, succrescentes passim vitiorum, quasi herbulas, ipsas videlicet primas animi perturbationes, in quas facile, in eunte adolescentia incurrunt, dignoscant; easque in iplo statim exortu depascant, vellicentque: cum

Otium pernitiosissimum virtutum hostis.

Constantia alios suos curam ducit in campum.

cum ab ijs, quæ parua videntur delicta, ne crescant neglecta, sit diligentius cauedum: quo purius primæ illæ, atque simplices adolescentiæ operæ, siue acta, tanquam primitiæ ab alumnis offerri Deo possint. Hæc enim vsque adeo grata ei sunt, charissimosque efficiunt offerentes; vt non ab re, sacrum illud, tritumque fuerit apud Hebræos prouerbium; Spiritus sanctus diligit iuuenes.

Parua delicta, ne crescant neglecta, diligentius sunt præuenda.

Prouerbiū Hebræorum.

3 Peracta igitur ab alumnis, nondum satis adulta ætate, excursionem primam; nec tamen graui aliquo toto campo comparente vitio, quo cum manus conferrent (quis enim auderet eos tunc puros, ac simplices, totque comitatos virtutibus aggredi?) Constantia, inclinatio iam in noctem die, receptui canere iusserat; tum vt socijs virtutibus morem gereret, quæ vt amicæ lucis, nocturna, & in obicuro gesta quæuis odisse solent; tum vt opportunius alumnos in arcem Perseuerantiæ initiandos offerret. Sed cum iam iamque agmina cursum in arcem dirigerent, subito in castris auditus est clamor, & vociferatio; indeque agmina turbari quidem, non tamen diffugere, sed à progressu contineri tantum, atque (quod fuit Constantiæ opus) non auersas,

Constantia cur receptui canere iusserit.

Virtutes cur amice lucis.

Clamor, & vociferatio in castris unde.

E sed

sed aduersas hostibus facies dare cœperunt. Rumores etenim dissipati fuerant, quibus perferebatur, magnam hostium vim, innumeramque gentium multitudinem non procul fuisse conspectam ab speculatoribus, quæ ad dimicandum parata alumnos in transitu adoriri velle videbatur. Ex quo concurrentes ad Constantiam virtutes, dixerunt, rumores illos non esse contemnendos: sed interim, quoad aliquid certò scirent, oportere agmina in loco tuto, atque ad dimicandum opportuno collocari. Verùm vbi auditum est, eius multitudinis principem, ac ducem exercitus esse Fortunam, quæ externarum tantummodò, & ad corpus pertinentium rerum domina habetur; quæque non alijs, quàm naufragorum, atque desperatorum hominum adiunctis copijs, è mari prodiens terras infestatura veniebat; protinus Constantia omnes animo erecto ac firmo esse iussit: neque diffiderent, se vniuersas illius copias profligaturam omnino, ipsiq; inuitis, totum exercitum saluum & incolumem in arcem transmissuram. Sed ingrauescente clamore, atque horribiles Fortunæ impetus, non tam aluminis, quàm permultis ex socijs virtutibus perhorrescentibus; vtpotè quæ se, nonnunquam

Rumores aduentantis exercitus fortunæ.

Solent virtutes Fortunæ impetus reformidare.

quàm ab illa grauiter afflictas, atque prostratas fuisse conquererentur, Constantiæ visum fuit huius commotionis causas ab aliquo ex speculatoribus perquirere. Fuerat autem sagacitas, ad iunctis solertia, & indagazione Prudentiæ pedissequis, ab hera paulo ante missa speculatum; vt omnes hostium castra, si qua essent alicubi, eorumque vires, multitudinem, & consilia, curiosè exquireret. Quibus abeuntibus per auia, & deserta loca, ne à quoquam dignoscerentur, occurrit altera ex aduerso speculatrix, comitantibus fraude & dolo, Versutia dicta. Hæc olim à Prudentia ad Fortunæ partes defecerat. Defecerat autè? immò (quòd simulata, & malæ mētis esset pedissequa) exclusa fuit ab illa. Simili ergo de causa à Fortuna missa (vt dicebatur) Versutia; quo in loco, quantoque cum exercitu Constantia sua castra posuisset perquirebat. Fuit enim inter has antiquum odium, atque perpetuum subinde bellum indictum, cum nullæ sint magis continuæ Fortunæ comites, quàm quæ ex aduerso Constantiæ sunt contrariæ, Inconstantia, & Temeritas.

Itaque sociæ olim sagacitati obuiâ facta Versutia, eamq; recognoscens, amantissimè, vt vi-

Sagacitas, solertia, & indagatio Prudentiæ pedisseque.

Versutia Fortunæ speculatrix.

Inconstantia & temeritas Fortunæ comites.

Sagacitatis & versutiæ congressio.

debat, complexa fuit; & protinus aduentus eius causam ab ea reposcens, sui prius reddidit. Versutè id quidem, transfugarum more; confictum aliquid prius asserentium, ut verum extorqueant. Itaque simulavit versutia, se Prudentiæ, Constantiæque, suis quōdam dominis, timere valde, earumque exercitus vicem vehementer dolere, ob certissimam eis cladem imminentem à potentissima rerum dominatrice Fortuna: quod hæc maiore quàm vnquā aliās exercitu, ex potentissimis totius orbis principibus, atque promiscua multitudine comparato, armata veniebat; nō solum ad expoliandam Constantiam, expugnandamque Perseuerantiam, cum vtriusque alumnis; sed ad ipsarum etiam arcem demoliendam; prout tubarum clangor, magnusque armorum strepitus, & puluerulenta via, non procul conspecta, clarè significabāt. Cum igitur hæc, aliæque multa de Fortuna, eiusque machinis, ac reconditis artibus, ad debellandam Constantiam enūciasset, pergeretque nonnulla alia in gratiam, & utilitatem illius dolosè referre; ut quibus Fortunæ impetus Constantia tuto declinaret; sagacitati tendi insidias à fraude, & dolo versutis comitibus, solertia præsentit, id-

*Versutia simula-
tione amoris sa-
gacitati verba
dare conatur.*

fit, idque sociæ indicavit; quod, cum odorare-
tur sagacitas, versutis persuadere cœpit, ut sibi
fideret, ac secum veniret in castra; daturam se
operam, ut ipsa si vellet in veterem Prudentiæ
communis dominæ gratiam restitueretur. Cui
annuens versutia, ad fraudem & dolum con-
uersa, secreto significavit se cum sagacitate ab-
ituram, ut eâ occasione, Constantiæ castra ex-
ploraret; redituramque brevi, modo se in eo-
dem loco continerent; ac protinus sagacitatem
sequens, ad motis equo calcaribus, magno cum
strepitu & tumultu, noctû secunda ferè vigilia
exacta, in castra se intulerunt. Ideoque eiuscè
sparsi per exercitum rumoris, ac consecutæ per-
turbationis, causa fuerunt.

5 Quare illis à vigilibus cōprehensis, & ad Cō-
stantiam, quæ se vnâ cum quattuor Principibus
virtutibus in tabernaculū receperat, deductis,
tumultuosæ reuersionis suæ causas explicare cœ-
pit sagacitas. Verum Constantia (quæ nihil oc-
cultè moliri fuit vnquam solita) sagacitatē haud
passa est loqui plura, nisi reliquis omnibus corā
astantibus virtutibus: quibus in crastinum con-
uocatis, iussit non sagacitati, sed versutis, libe-
rè quæ de ipsius domina Fortuna, eiusque ma-

*Sagacitas versu-
tiam secū in ca-
stra ducit.*

*Constantia ni-
hil occultè mo-
liri patitur.*

versutia ad cō-
stantiam. & uir-
tutes oratio.

gno exercitu occurrerent, explanare. Quæ illi-
cō, pro innata ipsi impudentia, & exhausto pu-
dore, hæc de se, ac de Fortuna, his verbis pro-
fiteri ausa fuit. Agnosco planè (sacra phalanx)
magno meo cum merito, tum fide lubrica, eue-
nisse, ut ab excellentissima mea hera Prudentia
cui inferuiebam, domo pulsa fuerim; atque eas
ipsa de causa, nullum amplius congressum cū
virtutibus, ut in earum famulatu essem, mihi
permisum. Vnde cū desertam me viderem,
coacta fui ad Fortunā, quæ pulsos, ac derelictos
recipit per benignè, confugere; quæ ut primum
me vidit, de quæ meo ingenio & artibus, sibi ad-
modum necessarijs, certior est effecta, protinus
primariam me sui consultricē constituit; ac mul-
tis etiam varijsque donis & muneribus ornauit.
Ne amplius mihi vitio detis, quod à virtute ex-
clusa, secundiorem fuerim Fortunam sequuta.
De qua, eiusque aduentante exercitu, quod tan-
topere rescire cupitis, quid aliud vobis dicam?
quàm quod sit ille non modo maximus, & for-
tissimus, sed etiam ex desperatissimis omnium
gentium, atque ordinum hominibus conflatus?
ei que tantam inesse vim, & potestatem in vtrā-
que partem, vel ad secundas res, vel aduersas;
ut qui-

Fortuna collau-
datio, & impe-
rium.

ut quibus fauere Fortuna statuerit, puncto tem-
poris possit, vel nulla antecedente causa, bea-
tos efficere; quos autem insectari, breui etiam
in profundum malorum miserandos demittere;
atque in hunc modum multa quotidie mortali-
bus improuisa facere. Ut appareat non minus
integrum ei esse præpotētes de summa sede de-
ijcere, quàm infimos quosque ab humo ad sum-
mum erigere: quemadmodum clarissimorum
Regum, siue Imperatorum exemplis ostēdi po-
test. Nam quis, obsecro, præter Fortunam,
Xerxem potentissimū Asiæ Regem, omnibusque
præmijs, bonisque Fortunæ refertū, cū decies
centenis millibus hominum fecit ex Asia, com-
misso ex nauibus ponte, pede sicco in Europam
traicere, ac tanta subinde efferrī superbia, ani-
mique elatione; ut quoniam in eius transitu nō
sedaretur mare, iusserit ipsum verberari? At hūc
quis rursus, nisi illa ipsa in tantam coniecit mi-
seriam; ut vno prope die victus profligatusque à
Themistocle prudentissimo Græcorum duce,
amissis omnibus, solus cum scapha in Asiam re-
merit? Insuper quis Darium in tantum Persa-
rum Regem euegit; ut cū totidem decies cen-
tenis milibus Alexandro occurrerit, ab eo que

Exemplis eius
potestas ampli-
ficatur.
Xerxes.

Themistocles.

Darius.

Alexander.

similiter victus, captusque amisso Regno occisus fuerit? Num præterea, magnus ipse Alexander, tametsi expugnationum orbis felicissimus, ab huius præpotentis domine liuore immunis fuit? quin præproperam felicitatem, quam fræno temperare non poterat, veneno sublatus amiserit? An non fortuna ad secundas, & aduersas res æquè potens, sua mutabilitate & Inconstantia, horum Regum, aliorumque multorum statum, ad portentos eiusmodi euentus perducere solita fuit? Eatetur tamen Fortuna, nullos se hostes callidiores, nec infestiores inuenisse, qui magis sua gesta & conatus infringerent, quam vos ambas, ò Constantia, & Prudentia; ideoque venit maiori, quam Xerxes, exercitu, infestis contra vos signis, animoque maximo, ad vestros (si qua possit) sua in rota conuoluendos & complicandos.

Infestiores Fortuna hostes Prudentia & Constantia.

Fortuna quibus nitatur artibus contra Constantiam.

Quamobrem compertum habete, nihil magis ipsam moliri: quam vt Prudentiam, eiusque gubernatricem rationem, à te (ò Constantia) ableget: quod ijs amotis, tua omnia funditus se posse delere credat. Nam cum socios habeat fatum, & inopinatum casum, ac vaga, & volubilis ea sit; globosoque & lubrico semper instet saxo; nec

saxo; nec non mari ventis, terra populari aura feratur; mirum quam subitis, atque monstrosis rerum successibus turbare omnia potest! Vnde nisi ratione illam, Prudentiaque præueneris, atque occurfatione constanter illius impetum cōpresseris; proculdubio vno die labefactare poterit vniuersa. Est præterea eadē periniqua, atque inexorabilis vsque adeò, vt suis confisa dolis, fallacijs, præstigijsque, ac ludificationibus, bellum in optimum quemque, tanquam minus sibi præcauentem, nunquam non intētet inferre. Quo bello, eiusque primo impetu, neque obuenire potest quippiam vobis truculentius; neque eius etiam exitu sequi cum irrisione contemptius. Cum hoste enim furibundo, ac versatili, variisque passim formas induente, ac neque consistente, neque ita defixo, vt in eum collineare possitis, configere; num aliud est, quam aut ærem verberare, aut hosti vos, vestrosque alumnos à tergo turpiter configendos exponere? His ergo telis, armisque septa Fortuna, vobis bellum illatura accedit; tam fastidiosè illud quidē, atque superbe; vt vos, vestraque omnia, non modo præse contemnat; sed etiam Iustitiæ & æquitati se ita fore acerbam minitatur; vt nemini, quod suum

Fortuna mari, ventis, terra, populari aura fertur.

Quibus artibus fortuna est occurrendum.

Fortuna cur inexorabilis.

Bellum cum fortuna gerere admodum periculosum.

Fortuna in quasque virtutes fit acerbata.

E s est,

est, iustè, sed casu potius sit restitutura. Temperantia item tantopere se infestam futuram iactat, ut ei, in gratiam ipsius amicæ libidinis, nullum sit locum relictura. Solam autè Fortitudinè se nimis reformidare, ait; proptereaquòd ea Prudentiæ inherens, non ita cæco, insanovè impetu atque ipsa, in cunctos ferri solet; sed ratione pugnat. nec dubium, quin te (Constantia) sub qua fortitudo militat, multo magis reformidaret, nisi videret, tot, tantisque Inconstantibus transfugis, qui à te defecerunt, se vndique septam ac stipatam; acriterq; ab eisdem ipsis, ut in te impetum faciat, concitatam. Itaque ijs, alijsq; multis falsis animi persuasionibus inducta, eo insolentiæ peruenit; ut non modò se, promundi Domina gerere posse putet; verumetià, consentiente olim fortunatorum hominum cœtu, Deæ cuiusdam nomen, & cultum sibi fuerit arrogare ausa; cœlumq; conscendere; & in concilio Cœlestium collocari; ob idq; totis suis castris, perque omnium ora circumferri, ac etiam in vexillis, literis inscribi aureis iussit, vulgatum illud Poetæ carmen,

Te facimus Fortuna Deam, cœloq; locamus.

Hec cum versuti, cunctis audientibus, subdolè

Fortuna cur
Fortitudinè ex-
timeat.

transfuge à
Constantia ad
fortunam,

Fortuna cur no-
men Deæ arro-
gare sibi fuit au-
sa.

dolè retulisset; magnusq; iterum clamor pàuore commistus oriretur in castris à vulgaribus minoribusq; quibusdã virtutibus excitatus, subrisit Constantia, deque ipsarum animis tam insitam de Fortuna, eiusque potentia opinionem prorsus expectorare cupiens, eas, consistente versuti, sic est affata. Mirari profectò nò queo fatis, (Sorores amatissime) tam repentinam, atque inusitatam hæctenus timiditatem vestram: ut quas toties in bello strenuas, ipsiq; Amazonis longè fortiores esse cõpererim; nunc ad solius Fortune nomen, & quidem vanū de ipsa rumorem expauescentes, quasi vmbra, nullo apparente corpore, diffugere tentetis. Quod sanè, non modò magno vestro dedecore; sed maiore cum infamia & ignominia nostra facitis. cùm neque existimetis, quæ sint belli stratagemata, quæ machine, & nugamenta militum; ut vnius perfidæ & transfugæ Versutiæ, cuius est totum cauillari, ac deludere, dictis quàm facile credatis. Nam quæ ipsa de Fortuna, eiusque peramplo exercitu & trophæis vobis verba suggessit, tam esse omni ex parte conficta, & varia, compertum est, ut nihil sit æquè ridiculum, quàm Fortunam, & quæ de ipsa referuntur, fabulam

non

Constantia ad
virtutes oratio,
qua nullam esse
fortunam pro-
batur.

Virtutes Ama-
zonis fortiores.

Belli stratage-
mata, & machi-
næ.

non esse putare: cum reuera Fortuna nulla sit, neque alicubi fuerit vnquam conspecta, sed mente duntaxat adumbrata. Neque enim aliud fuisse eam credi par est, quam quoddam desperatorum inuentum, siue figmentum, hominum: qui, cum neque consilio, neque consentanea rationi mente, res suas gererent, aduersos earum euentus, non supernæ, æternæque volûtati, quæ gubernat omnia; sed fictæ potius, cõmentitiæque ex temeritate, & casu ortæ (siqua est) fortunæ impudentissimè attribuerunt: ac quemadmodum esse improbum astris; ita esse infelicem, Fortunæ ascripserunt. Quasi verò Fortuna sit astris longè potentior, & nocentior; quòd ea felicitatem summam bonum tollat; astra autem tantummodò probitatem impediunt. Vtrumque planè falsissimum, mihi que ac vobis nimis profectò iniuriosum. Per vos enim, me locia, & Perseuerantia comite, probitas haud dubiè comparari solet; & ex probitate, tâquam à causis effecta, sequi vt præmium felicitas. Quò fit, vt neque astra, cum cõmunes sint causæ, redarguenda veniant ob singularia effecta: neque fortunæ, quæ nec communis, nec proxima est effectorum causa; bona, malavè, quæ euenerint, sunt

Vnde inuenta fortuna.

Quam sit impudens, esse improbi astris, esse uerò infelicem fortunæ a scribere.

Probitas uirtuti, felicitas soli Deo accepta ferri debet.

sunt addicenda. Sed neque fatum, quò socio fortuna gloriatur, cogere potest quæquam, neque sibi iudicare; cum siquidem nulla fatalis vis extet, immo anile, ac plenum superstitionis sit ipsum fati nomen. Futura enim, etsi diuinæ menti sunt semper præsentia, atque ab æterno præcognita; nõ tã sunt iccirco necessaria, quin, quò ad ipsa, non possint esse contingentia. Quin & ipsa summa causa causarum, adeo nullos sine causa effectus esse finit; vt sit quàm falsissimum, Fortunæ nouum aliquid improuisum, sine aliqua, saltim occulta, causa facere. Nam & tempestates, quæ improuiso commouentur, nunquam sine certo aliquo cœli signo, tanquam causa concitantur.

8. Vnde consequitur nulla omnino improuisa obuenire posse mortalibus, nisi ob ignorantiam causarum, è quibus cum illa pendeat, iam à fortuna effici non possunt. Quòd enim Xerxes à summè prospera, in summè aduersam Fortunam fuerit delapsus: id non tam ab Inconstantia Fortunæ, quàm ab alio grauiore ipsiusmet Xerxis flagitio obuenisse credendum est. Nam præter id, quòd ille in tanto exercitu, & incondita turba hominum, nullum ducendi ordines seruauerit ordinem; pro eo etiam, quòd tam nefarium flagi-

Neque fatum, neque fatalis vis extat.

Summa causa causarum nullos finit esse effectus sine causa.

Nulla improuisa obueniunt mortalibus nisi ob ignorantiam causarum.

Causa infortuniorum Xerxis.

flagitium commisit, ut premium magnum promitteret ei, qui novam voluptatem inueniret; non maior profectò quàm culpa pœna fuit, ad sui, totiusq; exercitus ruinam damnatum fuisse.

*Darij occasus
caussa manifesta.*

Quin etiã & Darij occasus longè quàm ut à Fortuna, dari poterit causa euidentior. Tū quòd non isdem Prudentiæ, atque Sapientiæ consilijs, quibus maiores sui ab statu infimo ad summum euecti fuerant, se in eo conseruarit; tum quòd uxorem, & filias cum ornatissimis ancillarum gregibus, auro, pompa, & luxu diffluentibus inter agmina ad effœminandos militum animos collocarit; tum demum, quòd cum imperita, ac inermi multitudine, iustum, atq; inuictum Alexandri exercitum aggredi non recusaerit. Quæ cum ita sint, non amplius, quæso, Fortunam & casum, non fatum, neque eorundem fictum, atque inanem exercitum pertimescite; sed quicquid boni mortalibus obuenerit, id diuino in primis numini, à quo vnice quod est optimum emanare solet; deinde vobis, quarum bonum, eum qui possidet meliorem facit, ascribite. Sicuti rursum, quicquid per se malum fuerit, ut flagitium, auctori duntaxat imputate: cetera vero bona malæ, tanquam indifferē.

Quibus tribuenda sine obuentia bona, uel mala: fortunæ autē neutra.

differentia habete, quoniam ea perinde sunt, ut accipiuntur, aut consentaneus fuerit eorum vnique cum ratione usus. Vnde Fortunæ, nec boni, nec mali quippiam attribuite; quòd hæc (si qua sit) neque vllam cum bono & æquo rationem habeat; neque cum optimo, & sapiente viro amicitias vllas coniungat. Quid? quòd tanta est eius indignitas; tam iniqua rerum estimatio, ut nullos putet esse diuitiarum indignos? nec tam viris bonis & sapientibus illas, quàm insipientibus impertiat? neque enim insipiente fortunato quidquam fieri potest intolerabilius.

Fortunæ iniquitas nullos diuitiarum indignos esse putantis.

Quamobrem Plato, aureo suo præscripto, pretiosioribus quàm auro & argento, armis aduersus Fortunam pugnandum esse docet: Prudentia scilicet, Iustitia, & sanctitate. Docet enim Prudentia quid Deo, quid mundo debeamus. Vnde mundo, quòd suum est, per iustitiã impertientes, Deo autem quam debemus sanctitatem exhibentes, Fortunam inanissimam reddemus. Quibus de causis vos omnes oro, atque obsecro, ut disclusa penitus Fortuna, Prudentiæ sorori operam detis; eique omnem moderandi, atque regendi vestri potestatem tradatis. Habetis enim cum ea intus, ac penes vos, quid-

Quibus aduersus fortunam pugnandum sit armis ex sententia Platonis.

Prudentiæ post habendam esse fortunam.

quicquid boni foris ad rectè, honesteque agen-
dum expetere potestis . Nam cum Prudentia
multarum rerum memoria , & scientia ; atque
complurium vsu negotiorum , duce ratione,
maximè excellat; ab optima rerum gubernatio-
ne abesse non potest ; ac neq; nõ diuinum quo-
que numen ei ad regendum inesse ; sicuti ex va-
rijs diuinæ scripturæ locis colligere potestis; ac ex
eodem ipso Poëtæ disticho deprehendere . Nã
quo mutilo & truncato , ad extollendam fortu-
nam , vt audistis , versutia vsa est ; eodem nunc
integro vtemur & nos in commendanda Pru-
dentia:

“ Nullum numen abest , si sit Prudentia : sed te,

“ Nos facimus, Fortuna, Deam, cæloque locamus.”

Prudentiæ in es-
se diuinitatem è
cælo, fortuna
obrepisse abho-
minibus.

Quo versu ille Prudentiæ diuinum inesse numè
affirmat; Fortunæ verò diuinitatem non è cælo;
sed ab hominibus quidem, aut desperatis, aut
opibus & populari aura inflatis , enatam; eidè
obrepisse asserit . Ad te igitur, ò Prudentia, cõ-
fugimus, tuumque numen per sanctum (quan-
do te cœlesti aliquo regi certum est) inuoca-
mus; vt maxima tua cum ratione, & prouiden-
tia, inanisimos Fortune conatus (si qui fuerint)
sociarum ope virtutum infringas; easque metu
soluas;

Prudentiæ inuo-
catur presidium
ad defendendos
Constantiæ alii
nos.

soluas ; ac me socia & adiutrice , vniuersum
hunc alumnorum gregem ratione pascas ; quos
adhuc tyrones , non parum fuit Fortunæ fa-
mam, eiusque virium , atque armorum tanto-
pere à versutia prædicatam potentiam contem-
pisse . Precor igitur , vt eos in nostram arcem,
Perseuerantiæ iniciandos & perficiendos redu-
camus.

10 Hæc cum dixisset Constantia, atque interim
versutia euauisset, cõstantissimè fuit illi ab om-
nibus virtutibus acclamatum, ac pedibus in e-
ius itum sententiam ; simulque ipsius tam con-
stantibus sibi dictis vsque ad eò vniuersæ anima-
te fuerunt, vt ad iuuandos, & defendendos alii
nos, grauissimos quosque labores, & vitæ disci-
mina libenter se subituras promiserint . Ac quo-
niam, vt Poëta inquit,

Dicente Constã
tia euauit uer-
suta.

Oratione Con-
stantiæ uirtutes
contra fortunã
confirmatae fue-
runt.

“ Superanda omnis fortuna ferendo est ;

Vnam ex virtutibus Constantiæ imitatricem,
atque laboribus assuefactam, Tolerantiam, alii
nis perpetuam comitem dederunt ; cum nulla
posset eis tam atrox obuenerit aduersitas, quam
non tandem illa emolliat, atq; euincat . Ac etiã
pro eo quòd in despicienda fortuna Fortem ipsi,
ac virilem animum præstiterunt, neque ob vl-
las de

Tolerantia aliis
nis comes data.

F las de

las de fortuna, per versutiam iactatas vires, & potentiam, perturbati fuerunt; nō paruum gloriae fructum suo ex tyrocinio perceperunt. Qui tandem à Prudentia, & Constantia, nulla vīquā comparēte Fortuna, in arcem perducti fuere: eosque Perseuerantia excipiens benignissimè,

Alumni & uirtutes in arcem à perseuerantia quo pacto recepti fuerint.

atque imprimis Prudentiæ & primarijs virtutibus gratias agēs pro tam sollicita earum cura & studio erga ipsos, easdem in præparata cuique conclauiā per arcem abire, seque curare, atque gloria, qui passus est, & fructus virtutis suauissimus, refici iussit. Constantiam verò & alumnos secum in summam arcem, siue acropolim, conscendere fecit. Collaudatis igitur ipsis, pro tam Constanti excelsoque eorum animo in contemnenda fortuna, triumphum de ea maximū, se eis aliquando concessuram promisit, modò pergerent eam viam tenere, quam semel instituerant. Ideoque ad res nouas molientes, & operas nauandas, magisque intimos & cautiōres hostes inuadendos, sese denuò præmunirēt, exhortari cœpit. Nam postquam fessos de via requiescere, atque nonnullis etiam honoribus,

Honos & gloriolæ uirtutum passus.

gloriolæ pabulis refici curauit (aliter enim honores, non modò artes, sed virtutis quoque studiosos,

diosos, vehementerque ad eam capescendam incendit) vniuersos cōuocari iussit; ac ut in proposito paulò ante, atque ab eisdem suscepto cōfilio permanerent, seque ad nouas suscipiendas periclitationes accingerent, præsentē Constantia, sic est adhortata.

11 Haecenus delectabar equidem (alumni charissimi) sola probitatis vestræ opinione, quam mihi nuper soror Constantia de mirifica vestra indole, cum primum ad eam sacris initiadi aduenistis, se concepisse, aiebat. Nunc verò conduplicata voluptate fruor; propterea quod illā tam exposito, ac deliberato ad dimicandum cum fortuna animo comprobastis, ut facillimum ex ijs gradum ad multo maiora feceritis. Quæ res vehementer mihi addit animos, ut vobis, rebusque vestris diligenter prospiciam. Ac quoniam ad verum optimumque obtinendum vite statū, quò aspiratis, nullum præterquam nostrum, ac sororis Constantiæ, vobis eligendum, atque imitandum proposuistis; oportet, ut maiorem nunc curam adhibeamus ambæ, precemurque, ut vestra præclara incepta felicissimo (ut spero) exitu concludatis. Quid enim tot socijs, atque ministris iuuantibus virtutibus, vobis non erit

Exhortatio Perseuerantiæ ad alumnos.

virtutibus socijs, atque Constantia, & Perseuerantia fauoribus, nihil non conandum.

conandum? Quid tam arduum & gloriosum, quod me, & Constantia fauoribus, non sit omnino aggrediendum? modò, vt virtutis est maxime proprium ac peculiare, actuosam esse, & operosam; sic vos adolescentiam, florentemq; ætatem vestram minimè otiosam esse, neque sine labore aliquo, & contentione animi exercitã traduci agique sinatis. Non enim hæc ætas minus perditã ac dissoluta est, immò verò longè profusior, dum inertis ac fluxo diffluit otio, quàm si nimis afflueret voluptatũ delitijs: quòd hæc fatietatem aliquando afferant, ab eisq; fastidium abalienet fruenter; otio verò cum hebescat, atque omnino languescat animus, tũ magis magisque fiat ad agendum tardus. Præterquã quòd sublato otio, maiorem adolescentiæ pestem, quæ in libidine & luxuria posita est, ab illa auertetis, sic enim Poëta inquit,

- *Otia si tollas, periere Cupidinis arcus;*
- *Contemptæque iacent, & sine luce faces.*

Perseuerantia negotiosos esse iubet alumnos suos.

Quamobrem propulsato otio, atq; Fortuna subacta, quæ otiosos minusq; prouidos, sed confidentes suos esse iubet; negotiosos vos fieri, iamque vt exercitatione perficiamini, alia atque alia munera vobis iniungenda, duximus. Nam
vt sine

vt sine actione vita nulla est, ita sine negotio omnino esse, nulli præterquam mortuo conuenit, vt enim motus in corpore est index vitæ, sic animi vita est ipsa actio, qua fouetur idem; perinde vt mens, quæ (vt ille inquit) discendo alitur. Nec dubitate, me non tam alijs vesci, innutririve alimentis, quàm lectione & actione: iisdemque tantoperè refici, ac recreari; vt (dicam vno verbo) mihi profectò, qui nihil agunt, nihil omnino esse videantur:

Animi vita est actio. Mens discendo alitur.

Qui nihil agunt videntur nihil esse.

12 Superest igitur, vt ad reliquos, qui magni restant, reuincendos hostes, vos denuo armemus: quandoquidem ijs sunt adeò truculenti, & immanes, adeoque insidiosi, & astuti; vt nisi præcaueatis eos, facile vos possint, & à via deducere, & ab statu, quem expetitis, deturbare. Et quoniam continuum ab illis vobis bellum indicitur, ac nedum inermibus, sed etiam armatis, dubia solet esse victoria, non solum humanis, verum diuinis contra illos vos præmuniri armis necesse erit. Habetis autem ad hæc ipsa, quæ ostendimus, tractanda, suisq; vsibus accommodanda arma, socias virtutes exercitissimas; quibus, si diuinum adsit numen, ac vos studio, & diligentia præstetis, facile illorum machinas, & fallaces ar-

Perseuerantia non solum humanis sed diuinis armis nititur alumnos præmunire ad reuincendos hostes.

*Hostes feri, qui
tamen uinci pos-
sunt.*

res subuertere poteritis. Nam etsi partim corporei, & aspectabiles sunt eiusmodi hostes; partim se non oculis, sed menti subiiciunt, adeoque sunt intimi ac domestici, ut fortuna & otio sint longè infestiores; non tamen inuictos eos esse existimate; cum & uinci quoque possint; & de ipsis egregiè triumphari soleat. Quin illud quoque iuuat quammaximè, quòd tametsi tecti ad vos sint, & versipelles, variasque inducant formas, ne dignoscantur; sacra tamè & diuina monumenta eos retegunt, & internoscunt; ipsosque ad viuum exprimunt. Adde quòd suis etiam distinctis vocant nominibus, Carnem Dæmonem, & Mundum. Ijs quippè tribus nefarius ille Inferorum Princeps Lucifer, qui non solùm Dei summi, sed totius humani generis factus est hostis, ac perduellis callidissimus, inuida suggestione sua, nunquam desinet oppugnare vos, vel saltim calumniari. Aut enim oppugnat carne, cuius est maximum fomentum abdomen, & edacitas, ex quibus omnis libidinis illecebra, & effrænata cupiditas emanare solèt; fitque subinde, ut sensus, & appetitus à uoluntate deliniti, illà animo quasi bonum quoddam, expetendum proponant; inducantque ad approbandū. Aut

rursum,

*Caro, Dæmon,
& Mundus pe-
stiferi humani
generis hostes,
Luciferi satelli-
tes.*

Caro,

rursum, ipsemet Dæmon suis vos artibus seducit; dum splendore inanis gloriæ obiecto, sic uestram boni ingenij aciem perstringit, ut pro uera gloria in fallam & caducam incidatis. Nam quemadmodum ipse, dum altissimo iustitiæ soli appropinquare, eique similis esse gestit, uicta eius acie illius splendidissimis gloriæ radijs, in sempiternas tenebras præcipitatus est; ex quo diuina prorsus ab eo desperata gratia, in perpetuum diuinum odium incurrit: sic vos hac una specie recti deludens præcipites conatur agere: efficereque, ut suo exemplo, diuina semel amissa gratia, amplius in eandem redire desperetis. Aut demum, quod neque per carnem, impellente gula, neque per seipsum Dæmonem, inani vos illiciens gloriola, potuit conficere; id per Mundum, perque auaritiam potissimum, in qua magna sita est illecebra peccandi, perficere conatur. Hæc enim bestia est, quæ infinitis implicata criminibus, non modo homines ad turpe cõpendium commouere solet; sed ad quoduis etiam (ut diximus) maleficium impellere: Ideoque uerissimè Idolorum seruitutem eandem appellauit Paulus, propterea quòd multi per eam fidei, ac religionis naufragium fecerint: in tantam,

F 4 tamque

Dæmon.

Mundus.

Auaritia cur Idolorum seruitus.

tamque vehementem opinionem de pecunia incidentes, ut huic diuina posthabenda censuerint.

¹³ Quamobrem hæc ipsa auaritia, quæ nihil aliud est quam iniuriosa quædam alienorum appetitio, Dæmoni magno est vsui ad diuites cum corrupendum, tum eorum mores & acta deprauandum, atque in profundum malorum deducendum. Nullum est enim officium tam sanctum, atque solenne, quod non auaritia comminuere, atque violare soleat; tum maximè, cum ea, quæ in senesummoperè euitanda est, initium traxit à iuvene. Auara enim Iuuentus auarissimum reddit animum senectuti: nam tales quidem sunt senes, quale cuiusque studium in superiore vita fuit. Quò fit, ut auaritiæ acerrima semper fuerit aduerlaria liberalitas; quòd hæc temeritate remota, nobilissima atque sanctissima virtus existat, diuitibus pro antidoto contra illam data: posse enim liberalitate uti, non spoliante se patrimonio, nimirum est pecuniæ fructus maximus. Occurrit quippe ipsa permultis comitata virtutibus, suaque largitate, splendore, magnificentia, hilaritate, atque animi amplitudine, non modo similis Deo fit, eiusque magna

Auaritia quam sit perniciofa mortalibus.

Iuuentus auara auarissimū reddit animum senectuti.

Liberalitas cur sit auaritiæ antidotum.

gnâ in dando imitatrix; sed impurissimas etiam auaritiæ sordes, inhumanitatem, tristitiam, ac tenacitatem eluit, atque auiditatem expurgat: denique contractum, atque horrore indigentia delitescens animum referat, metuque liberat. Nec aliunde profectò liberalis dici putandus est, quam ex eo quòd auarum, ob inopiam cordis in miseria inclusum, largitate sua, quasi è carceribus liberet. Qua de causa Dæmon humanum Imperium & diuitias, per quas mortales ubiq; tantoperè coluntur, magno haberi in pretio, & æstimatione curat, easque suis dat affluenter; tum ut gloriam, & honorem soli diuino mundi opifici debitum, sibi, qui se illa dedisse iactat, attribuant: tum ut eiusmodi donis abutentes grauius peccare faciat.

¹⁴ Hac ergo tripartita machina; tum ex abdomine, & inani gloria, tum ex auaritia constructa, scimus quidem fuisse multos ab illo ipso oppugnatos, atque deuictos Dæmone; eos potissimum, qui nostras, Constantiæque sororis vires, & auxilia nobis concessa diuinitus ad communicandum mortalibus penitus spreuerunt; ex quibus nulli magis quam ipsimet protoplasti humani generis parentes Adam & Eua coniuges, eiusmodi

F 5 detri-

Liberalitudo dictus.

Hæc tripartita tanquam peccati machina Dæmon cunctos oppugnat mortales.

detrimenta senferunt: dum eos vnà cum ipforū traducibus filijs ac successoribus, suo ille venenato nexu sub peccati iugo cōstrictos reliquit. Sed quāquam tota triplici machina & dolo eodē fuit aggressus, non tam quidem abdomine ad cibum; nequē rerum affluentia ad voluptatem; quā gloria & scientia ad superbiam, captos fuisse credimus. Hās siquidem obiecit tabificus ille serpens, Eritis, inquit, sicut Dij, scientes bonum & malum: nempe, vt quo ille peccato, similem se Deo fieri affectans, è cœlo exturbatus est; eodem protoplastos ipsos, ob similem concupitam gloriam, è paradiso expelli curaret. Vnde hac ipsa elatus victoria, naturā alioqui insolens ac superbus, longo post tempore, similem ausus est pugnam cōmittere cum Adamo altero, Christo, in quā, Domino Deoque nostro. Sed mirum, quam fuerit protritus ac superatus, & tanquam monstrum derisum ab vniuersa cœlestium cohorte, quæ spectatum venerat, cum ignominia toto campo excedere coactus. Quæ pugna, eiusque per insignis ac triumphans a Christo parta victoria, quāquam Evangelica Matthæi historia expressè, vt gesta fuit, enarratur: tamen ad vtilitatem vestrā, qui

in si-

in simile quotidie cum eodem hoste certamen descenditis, repetenda est, atque in rem quoque vestram accomodanda. Quapropter haud inopportunè me facturam puto, si eam nūc vobis ante oculos ponam: vt perpendatis tela & instrumenta bellica, quibus summus athleta Christus in eodem communi hoste prosterneō diuinè vsus est; & quo etiam pacto illa vibranda sint, quove momento & arte contorquenda, ediscatis.

Aggressus fuit igitur seruatoreme nostrum, impurissimus hostis, & quasi ad pugnam provocare ausus; vt magno suo malo, maioreque cū ignominia & probro, cū victus discederet: tū vos sententias & arguta responsa, quibus tanquā telis, configendus ille esset, vnà cum diuino per uincendi ordine, comprehenderetis. Iamque vt seruatoreme, quem ille multis argumētis, sed potissimum ex eo, quod quadraginta dies tulisset in ediam, quamuis postea esurisset, homine maiorem ducebat, plene dignosceret; in desertissima solitudine, in quam diuinus illum spiritus duxerat, conuenit, vbi nulla esurienti ciborum copia suppeteret. Itaque seruatori con-

Quibus artibus
Dæmon Christū
fuit aggressus,
quo loco, ac si-
mulationibus.

Prima congregatio.

eis ver-

Iidem non tam
abdomine. Gre-
vam affluentia,
quā gloria &
scientia fuere ad
peccandum ir-
reiti.

Dæmon priori
elatus victoria
similem obtine-
re ceterum a Chri-
sto.

In maiorem a-
lumnorum pre-
parationem,
Dæmonis cum
Christo congrega-
tio describitur.
Matth. 4.

eis verbo panes efficeret. Idque eo consilio, vt non solum diuinitatem eius inde colligeret; sed vt confectis panibus, titillato subinde præ fame appetitu, ieiunium (quo tanto telo demon defigitur) frangeretur. Sed occurrit seruator (qui panem ex lapidibus, quid ni faceret; cum carnē verbo ex pane efficiat?) eiusque inscitiam exprobrans respondit; Nō solo panē seruari posse vitam hominum, maximè verò ieiunantium, vt quibus satis est verbo ex ore Dei procedenti abundè pasci, ac refici. Sic enim Helias vnica verbo Dei subacta placenta, quadraginta diebus; sic Moses familiaritate Dei in monte, eiusque verbi perceptione, totidem diebus alti fuere: eodem ergo se ipsum sustentare posse; neque proposita sibi lapidum in panes metamorphosi opus esse. Quo primo infixus aculeo Dæmon, suaque gulæ machina protrita; rogauit denuò seruatorem, vt ambo in summum Hierosolymitani templi fastigium conuolarent; expectans Dæmon, num ille præcipiti metu hominem, an contemptu, Deum exprimeret. Quo permittente, eoque loci utroque perueniente, simili Sathan consalutatione vsus, seruatori suadere cepit; vt si quid filio Dei valdè dignum, atque tam frequen-

Altera congregatio.

frequenti infra spectanti populo admirandum facere vellet, se inde demitteret: cum id tuto posset agere, atque impunè exequi: vt cui (prædicente Propheta) præsto semper essent celestes spiritus ad eum vbiuis custodiendum, & à quouis eripiendum periculo. Cui Seruator, qui se ab illo inani tentari gloriola agnoscebat; tamen si tutissimè, se potuisset demittere; ne tamen alij ipse exemplo, id magno suo malo, temere ac imprudenter attentarent, non fecit quidem; sed sapientissimè respondit; diuino cautum præcepto fuisse, non esse tentandum Dominum Deum: significans, vesani esse hominis, periculis sese euentissimis, sine admodum honesta, atque vrgenti causa, exponere: ac neque in ijs diuinam mentem omnino periclitandam fore.

26 Postremo Seruator, sinens se reuerenter assumi à Dæmone, ductus fuit in præcellum montē, è quo pulcherrimus erat, longèque apertissimus vtrinque prospectus omnium regnorum mundi, cum eorum gloria, pompis, ac diuitijs. Tunc Dæmon, nulla cum eo amplius præfatione vsus; (quod iam tum ex prioribus responsionibus conuictum se iri agnosceret) ea omnia, quibus affectari posset Monarchia, eidem se daturum promisit.

Tertia congregatio.

misit, modò suis procumbens pedibus diuinum sibi honorem & cultum exhiberet. Quod audiens Seruator, quasi ad aras (quod dici solet) ventum esset; sui, paternique honoris cura tactus, Sathanam à congressu suo cū indignatione reiecit; Vade, inquit, retro Satan omnium damnatissime, qui aut quod scis nescis; aut non quæ legis intelligis. Nam præscriptum esse sciens, Dominum Deum tuum summa religione colendum esse, & ei soli seruiendum; nō te pudet diuinum honorē ambire, ac, vel à me, deferri tibi velle? Vix terga verterat impurus Demon, cū etiam in eius prope oculis, occurerūt infinitæ Angelicorum seruitorum myriades, quæ Seruatori, non modò diuina, sed humana quoque ministeria exhibuerunt: & pro re portata victoria, diuinæ eius humanitati diuinum etiam triumphum decantarunt.


Epilogus.

17 Hæc sunt (alumni charissimi) quæ de victrice Seruatoris manu cōtra communem hostem, ex Euangelio excepta, vobis subiicienda duxi: vt pernolcatis nequaquā fore vos in nostrum, atque Constantiæ sororis collegium cooptandos; nisi prius, ipsius imitatione Seruatoris, quibus expressum est hostibus, aut obuiam eatis; aut saltem

saltem occurrentibus terga detis. Adeò quippè Omnia Christi actio nostra est instructio. vera est illius per sancti viri sententia, afferentis, omnem Christi actionem vestram esse instructionem; vt nisi eum imitantes, eiusque implorantes opem, eiusmodi tentationibus occurratis; necnō pijs etiam, ac religiosis (vt sic dicam) virtutibus ducibus, meque, ac Constantia comitibus, viam quam ingressi estis, tenere pergatis; nunquam fiet, vt ad illum, in quem tēditis, statum vitæ perueniatis. Qui tandem in vnica pietate & religione sancta reponendus est; quandoquidem cætera labi, fluere, nec diutius in vno & eodem statu permanere videtis. Firmus status in pietate & religione reponendus. Quamobrem ad ipsa met pietatem & religionem, quas multis nominibus, ego & Constantia deuinctas habemus, vos nunc eisdem iniciandos mittere decreuimus; præmissa tamen Constantia, quæ prius pietatis sedes, & religionis loca illa sancta collustrat, atque prælongi itineris spatia metiatur, & exploret: ne per inusitatas vos deducēs vias, ac tritas relinquens, in bellicas occurrationses, totve artium, atque hæreticorum sophismata, quæ sese vobis offerre, & impedimēto esse possunt, incidatis. Hæc perseverantiæ dicta tanto perè grata fuere Cōstantiæ, vt se illicò ad iter accinxe-

cinxerit. Ac quoniam prima quæque via obfessa
 erat militibus, nempe barbaris, & immanibus
 nationibus, qui suas sectas, siue hærefes, non cõ
 silio, aut ratione, sed vi, & armis solerent quàm
 barbarissimè defendere, se alteri viæ pœnitenti-
 æ, vt dicunt, dedit: quæ licet arctior, &
 asperior erat, tamen longè tutior,
 eamque, Spiritu sancto du-
 ce, ingressa
 fuit.

D E



D E C O N S T A N - tia, siue de vero ho-

minis statu.

LIBER QVARTVS.



NIMVERO Constantia ad res bellicas translata, cum multis de causis, tum hac potissimum præclara est & egregia virtus; quòd vel in hoste, quamuis timeatur, non modo sit admirabilis, sed apprimè laudetur. Neque enim sine ratione, quæ in stabili dictorum atque factorum Constantia posita est, res bellica administrari potest; nec tæcti eam confusio rerum, atque perturbatio sequatur, regi sine ordine. Est enim ordo, digestio & in suo loco rei cuiusque collocatio; qui planè in bello magnum est Constantiæ firmamentum, adeoque necessarius ac præstans ad hostes ex admiratione in terrorem deducendos; vt etiam diuina Canticorum Cantica, castrorum aciem or-

Constantia egregia & admirabilis in bello virtus.

Sine Constantia res bellica geri non potest, perinde ut neque sine ordine.

Quid sit ordo, quamque necessarius in bello.

Cant. 6.

G dina-

*Ordinati hostes
paratioris sunt
ad sese defendē
dum.*

dinatam terribilem esse affirmant. Ostendit quippe ordo omnia congruere inter se, inesseque pacem, & quietem rebus ordinatis; ideoque ordinatos hostes paratioris esse ad sese defendendum, quam diuisos licet fortiores. Hinc est, quod bellicæ machinæ, ex varijs diuersisque constructæ partibus ordine dispositis, non solum pulchræ appareant, & aspectu delectent; sed vel ex eo, quod inter se tam acriter, ac neruose connectæ sunt, terrorem contra se nitentibus incutiat.

*Cur exercitus
acies uocant ordinibus.*

Quò fit, ut ipsas exercitus acies iure uocent ordines: quoniam nullæ earum sine ordine constare possunt: perinde ut rursus, nisi perturbatis ordinibus, hoc est, à suo ordine distractis, ac dissipatis, nequeat ex hostibus obtineri victoria. Conficitur ergo, ut ordine, tum firmatis militaribus ordinibus, tum militum roborata Constantia, non solum hæc hosti sit admirabilis; sed etiam formidolosa. Id, quod certiore adhuc argumento confirmari potest. Nam quamuis bellicæ mens, & consilium in victoria, cruenta licet, sint posita; atque huius adipiscendæ gratia, ipsi vastare cuncta, vique vrbes euertere toleant: non tamen leuiter, non inconstanter, aut perturbate; sed ordine & ratione quadam, atque

*Hostiliorum de
terret hostem.*

Constan

Constantia seruata (hæc enim perturbant hostem) necesse est ea gerant.

2 Tametsi aperto quidem Marte, atque indito bello, potius quam infidioso & occulto par tam victoriam, in maiori semper admiratione fuisse, inque constantioris ducis laudem datam inuenimus. Nam licet fraus, dolus, fallaciæ, & cum infidelitate mixtæ pactiones, bellica sint instrumenta & artes, ad decipiendos hostes quodammodo laudari consuetæ; ut Poetæ versu notatur.

*Aperto quidem
Marte quam in
fidioso uicisse,
in maiore semper
fuit uictoris
laude positum.*

Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

Ex quo sefellisse, ac ludificasse hostem, perinde ut cominus, atque valenter uicisse, in uictoriæ laude reponi solet: tamen optimo cuique suspecta profecto eiusmodi commendatio uictoris erit, atque uituperatione magis quam laude digna censenda. Propterea quod dolosa, & fraudulenta hæc instrumenta belli, adeò lubrica sunt, atque perfidix & proditori proxima; ut facile uictores ad quoduis frangendum fœdus, & uolendam fidem subinde induci soleant. Quod sane facinus diuino tam auersante sit numine, ut hoc uno tãquam sacro commisso, inuictos aliqui exercitus, aliquando miserè interisse cõstet.

*Dolosa belli ar
tes perfidix, ac
proditori proxi
ma.*

G 2

Fre

Fregisse hosti fidem frangenti perniciosum.

Fregisse quippe fidem; neque hosti ius bellicū seruasse; præterquam quod frangenti perturpe est, ac iniurium; etiam sibi ipse plurimum incircò detrahit, promereturque ne vlla ei fides amplius ab hoste (cui & danda, & accipienda sæpe est) habeatur. Nam fidem qui violat, nō modo oppugnat omnium commune præsidium; sed priuatum labefactat; efficitque, vt tanquam vagus & inconstans vacillet ipse, ac neque pari, aut æquè forti, cum hoste ad dimicandum animo accedat. Infidelis enim hostis fideli semper fuit longè timidior: quasi victorias ille, quas aperto in campo, aut vera virtute obtinere nequit, dolosis clam velit surripere, ac suffurari stratagematis. Neque profecto est quod Annibalem Carthaginensium ducem (vt supra relatum est) tot, tantisque dolis, & versutis machinationibus in deludendo hoste vsum, indeque callidissimi, astutissimi que Imperatoris nomē & famam allequatam, sapientissimo eius oppugnatore Q. Fab. Max. Romanorum Consuli præferamus. Is enim sua quasi stataria cunctatione, & Constantia, tum quadrato ante illum stās agmine, tum compositis ordinibus, prælium neque inferens, neque detractans, sic ipsum iuueniliter

Infidelis hostis fideli longè timidior.

Annibal.

Q. Fab. Max.

niliter exultantem repressit, & patientia molliuit, vt tota sensim Italia excedere, atque in Africam remigrare coegerit, vt appareat, callido ac versuto Imperatori constans, & grauis quid præstet; quid forti, sed præcipiti, sapiens & cunctator excellat: quantaque cum macula & labe, Inconstātes, & leues animo duces, exercitus suos in summum discrimen attulerint. Tandem si ab externis ad intima animorum, atque à profanis ad sacra transeamus; nonne ad similitudinē bellicæ disciplinæ, sacri conuentus, atque perfanctæ religionum conciones, ad Christum ducem sequendum, sub eoque militandum aduocata, ordines nuncupata fuerunt? Ac perinde vt terribiles castrorum acies ordinata, ita dispositæ existant, vt quamdiu sunt in ordine, sibi que ac Deo potissimum inuigilant, bellicosissimum cōmunem humani generis hostem, ne pertimescant quidem; sed aggrediētem arceant, ac proterant, & conculcent consurgentem?

3 Positum sit igitur, in hoc amplissimo statu rerum (vt fuit ex superiore sermone perspicuum) nullum esse posse mortalium vitæ genus, quod, perinde vt ad simul viuendum concordia, quæ fert ordo; sic ad rectè, honesteque traducendā

G 3 vitam

Callido et uersuto Imperatori quam præstet grauis et cunctator.

Ad similitudinem bellicæ disciplinæ, conuentus religiosorum uocantur ordines.

Constantia, & concordia per eam quæ necessariæ virtutes ad simul uiuendum. Verus hominis status in Constantia repositus.

vitam, Constantia non indigeat omnino. Est enim in ea verus hominis status, quem quærimus, reponendus, perque eam in altissimo tantæ dignitatis gradu constans cum triumpho collocandus: cum siquidem aliorum statuum is longè amplissimus sit, ac penè diuinus. Ideoque eius tam arduus est ac difficilis ascensus, vt nisi per quosdam ab ipsamet Constantia dispositos, atque iactos gradus, ad illius summum perueniri non possit: vsque adeò diuina fuit sorte datum mortalibus, vt non nisi per magnos ad præmia iretur labores, quod etiam Homeri versu notatur,

Virtutem ante ipsam superi posuere labores.

Gradus quinque per quos in statum Constantiæ ascenditur.

Sunt igitur hi gradus numero quinque, quorum tres primi, qui a pietate humana substernuntur, ad summam tantum eius amplitudinem conscendentes extollunt. Ac primum quidem ascendunt qui sibi constant in dictis; Alterum qui in factis; Tertium qui in vtrisque simul, de quibus hoc toto libro agemus. Reliquos vero duos, qui ad sacræ pietatis simul & religionis atria subeunda deducunt, in quintum & sextum librum rejiciemus.

⁴ Primum itaque scandunt gradum varietatis Philosophorum, atque sapientum virorum sectæ, & scho-

Primum gradum qui ascenderint.

& scholæ; qui suis grauissimis, exquisitissimisque sententijs, legibus, & prouerbis, omnia quæ tu ad illustrandam naturæ obscuritatem; tum tradendam differendi subtilitatem; tum denique vitam, & mores, ad virtutis normam conformandos pertinent, expresserunt. Quæ omnia sub vna sapientiæ, siue Philosophiæ voce sapienter includi voluerunt; propterea quod hæc tanquam custos & procuratrix hominis, vnica sit vitæ ars (vt inquit M. Tullius) animique medicina & cultura, ad quæuis ab eodem animo extrahenda vitia radicitus. Nam vt valde magna est vitiorum expultrix, sic summa rursus est virtutum conseruatricis. Omnem quippe continet virtutis, officij, & bene viuendi disciplinam, atque omnium benefactorum, beneque dictorum mater est, ac parens fecundissima; quin & frugifera, atque tantopere fructuosa, vt nulla pars eius inculta maneat, nec deserta. Nam in plures discriminata partes, plurimos à se tanquam ab vberissimo ac limpidissimo fonte latices emittit, ad diuersa scientiarum loca irriganda: quarum in primis ager in Grammaticis, & Poetarum pertractatione, & historiarum cognitione, atque interpretatione verborum, quin & pronuncian-

Philosophiæ aliarumque scientiarum diuisio.

Grammatica, & Poesis.

Dialectica.

Mathematica.

Physica.

Medicina.

Ciuis facultas.

Rhetorici eloquentiae ministri.

di sono quodam, sic fuit excultus; vt ab ijs humorem sumant semina, quae vel scopulosis Dialecticorum saltibus mandata sunt; vel in eruditissimo Mathematicorum puluere subiguntur; vel etiam in accliuibus Physicorum collibus, cum syluestribus naturae dialogismis conferuntur: Ab ijs enim riuus deducti, non solum ad letificandos vsque decurtunt Medicinae hortos, vbi experimento cultore, tam varia ad humanam salutem stirpium atque herbarum genera adolescunt; sed ad conualles etiam, ad morales disciplinae arbuta irriganda perueniunt. è quibus, atque ex intima Philosophia, ciuile iuris facultas effluxit. Adde copiosissimos alios cum ijs decurrentes facultatum riuos, qui per ingenij, atque artis Rhetorices ductus, ab omnibus vndique scientijs, ad easque exornandas & amplificandas, sese in latissima, florentissimaque eloquentiae prata effundunt. Vbi summa copia est, atque inexhausta de quaque re dicendi facultas; ad eamque alendam & augendam, peruarij & versicolores emergunt disciplinarum flores, è quibus tanquam suauitates odorum, qui afflatur è floribus, verborum, atque sententiarum pulcherrimae exornationes accrescunt. Hisce itaque scientiarum nutri-

nutrimentis educata eloquentia, plurimas ex se se Philosophorum sectas in apertum protulit, ^{Eloquentia plurimas Philosophorum scholas erexit.} atque scholas erexit. Ex quibus nonnulli, qui de vniuersa Philosophia, siue de vnaquaque eius parte mentem ad scribendum applicuerunt, miranda profecto, grauisimaque nobis conscripta reliquere. Sed in eis quidem non omnia vniuersi modi, neque in omnibus sibi constantia dixerunt: vsque adeo, vt qui Philosophorum primi, propeque diuini habiti fuerunt, ne hunc quidem primum Constantiae gradum verè scandere potuerint. Quis enim (vt de summis agamus) Platone Philosophorum principe, ac non intelligendi solum, sed etiam dicendi magistro & auctore, ingenio fuit & doctrina superior? Quis in scribendo excellentior? At is sua commentitia in ciuitate, siue proposita ad imitandum Repub. nonnulla quidem, quae neque cum diuino & naturali iure conueniunt, neque inter se coherent, minusque sibi constantia dixit. Vt pote qui studij ac delectationis (vt inquit Cicero) non Reipub. causa scripsit leges: quas plane Theodoritus Graecorum auctor grauisissimus, libro de eurandis affectibus Graecorum, sic acutè improbauit; vt rationibus mirè sibi constantibus, illius

Aristoteles.

inconstantiam atque repugnantiam dictorum apertissime redarguerit. Iam Aristotele quis (vt idem Cicero ait) doctior, atque in rebus vel inueniendis, vel iudicandis actor, seu in dicendo neruofior? At is, quamuis omnibus, qui ipsius dogmata sequuti sunt, summus ac singularis est; ac etiam multò minus quam alij Græcorum à seipso dissentiens, in aliquo tamen aduersus, nec satis constans sibi est, atque in redarguendo magistro Platone, non multus modò, sed nimius.

Duplex scriptorum Inconstantium error.

5. Quamquam equidem, non tam de ea dictorum, iue scriptorum sibi repugnantium Inconstantia loqui libet, quam vel in summorum Philosophorum scriptionibus, nedum in alijs inuenire est; hæc enim ferè communis est omnibus scriptoribus, qui vt humani, falli, & labi possunt, sibi que ipsi in dicendo repugnare: (nihil enim tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo Philosophorum) sed de illa potissimum Inconstantia intelligi volumus, in quam multi scriptores incurrunt; dum horum sermones eorundem non consonant operibus; sed quantum verbis cum summa laude antecellunt; tantum de morum discrepantia infamie succubunt, suaque defor-

deformitate vitæ scripta etiam sua; quatumuis laudabilia, contaminant; atque in hunc modum à primo illo Constantiæ gradu, quem ascenderant, turpiter seipsi deiciunt. Quamobrem iij maximè hunc primum ascendunt gradum, qui scriptis suis sic præstant alijs, vt & doceant, & delectent, & moueant, atque lectores meliores efficiant; modò ne ipsorum dictis sua sint facta contraria.

Qui uerè sint in dictis constantes.

6. Alter Constantiæ gradus est eorum, quorum non scripta, sed facta quidem breuibus comprobata dictis celebrantur. Cuiusmodi fuerunt Cynici, & Stoicorum antiquæ sectæ, à Diogene, siue Antisthene, & Zenone illorum principibus, originem ducentes. Qui varijs cum primis instructi disciplinis, ac rerum experientia admoniti, duramque simul, atque asperam vitam virtutibus excolentes, sermonibus breuibus, tantquam laconismis; acutis, duris, & acerbis pugnant; atque in reprehendendis aliorum moribus, modo ad virtutem excitent, ipsdem aculeatis vtuntur: qui que licet prudentissimi in differendo sint, adeo tamen breuiter astringere argumenta solent, vt nulla dictis oratoria ornamenta adhibeant, nullo alio salo, quam acuta, ac vellican-

Alterum Constantiæ gradum in factis, qui ascendunt. Diogenes.

Antisthenes. Zeno Cynici.

te iro-

Stoici pro nihilo dicta præfatis, ducebant. te ironia sermones suos condiat: pro nihilo plane dicta, præ factis ducentes. Ex quibus vnum præcipue eiusdem sectæ primatem, quem huic gradui præficiamus, in mediū proferemus. Cuius non modo dicta (ab eo minimè conscripta; sed ab alijs excepta) vera, solida, atque grauissima fuerant; sed vita quoque in eo inuenta fuit integra, & munda; pietas magna & excellens; religio sancta admodum (vt illa ferebant tempora) ac neque superstitiosa. Is erat Socrates veræ, atque immutabilis sententiæ vir, in quo vultus semper fuit idem atque vox, oratio etiam stabilis, & non mutata. Nec mirum quidem, cum mentis, à qua hæc ipsa finguntur, nulla in eo fieret mutatio. Is ergo primus dictus est Philosophiam deuocasse è cælo, atque Platone, & Xenophonte, alijsque primæ classis Philosophis vltis discipulis, & sectatoribus, non minus suo exemplo vitæ, quam disciplinis, alios erudisse. A deo namque sapiens ac sanctus ab antiquis fuit habitus, vt oraculi responsum de illo referens Poeta, in hunc modum scripserit,

- Vir bonus & sapiens, qualem vix reperit vnum;
 Millibus è cunctis hominum, consultus Apollo.
 7 Quem virum, vt in hoc altero Cōstantiæ gradu collo-

colloceamus; ac solidam & expressam ad viuum huius effigiem status ob oculos ponamus: necesse erit, vt que de ipso, ac etiam de Diogene Cynico, eorumque vita & moribus, in nostris Commentarijs de Sale lib. 4. nu. 19. expressimus, iisdem nunc verbis referamus.

Ijs quippe conditissimis voluptatis salibus integerrimus ille Socratis animus conditus, purus & incorruptus manebat: dū Philosophicis meditationibus intentus, animorum saltem, hoc est pulchritudinem, mira cum voluptate per humana corpora, & phisonomiam venabatur; dum sese non armis modo, alijsque corporis exercitationibus, sed motu etiam (de quo supra) Tonico, à defixa quidem cogitationum intentione oborto, acerrimè exercebat. Quo motu animū huc atque illuc versantē, immoto corpore, quouis locorum atque terrarum abducebat: dum in triuio consistens, atque à mane ad vesperum alteri innixus pedi stans, in eas imagines intentus, infixamque intelligētiam habebat, quæ sibi pulchrum, quæ à pseudopulchro discerneret referrent; dum mortalium Inconstantiam ipse cōstantissimus intra se deridebat: dum Athenienses falsissima sua ironia vtens falsissimè vellicabat.

bat: dum in crimen denique, quod noni cuius-
 dam immortalis Dei annunciator fieret, voca-
 tus, accusatoris latus, & bene sibi conscius de-
 spiciens, nulla cum ipsis uti apologia volebat; pri-
 uari se potius vita malens, quam titillantem ex
 gloriola morte natam sibi voluptatem ingusta-
 tam relinquere. Nam ad motum iam labris vene-
 rit poculo, uxori Xantippæ inter fletum & lamé-
 tationem vociferanti, innocentem cum perimit:
 Quid ergo, inquit, vxor, nocentem me mori
 fatius duxisses? Isdem etiam quibus Socrates,
 condiebatur animi salibus. Diogenes ille Cyni-
 cus, qui cum vitam ageret, durissimam, atq; nul-
 lius rei præterquam frugalissimæ, modestissimæq;
 naturæ indigentem, eousq; virtute, & animi ma-
 gnitudine profecerat; ut superbos mortalium
 fastus, ac etiam regia diademata, præ se contē-
 neret. Nam in dolio recumbens ad solem; cum
 ad ipsum vitæ causa Alexander magnus ve-
 nisset, illique ymbra corporis solem abstulisset,
 ymbra in ille regiam (qua mortales si tegantur
 beatos se esse putant) salissimè despexit, inquis:
 Cur Rex aufers, quod dare nō potes? vnde Re-
 gis tanta fuit admiratio, ut in persalsum illud,
 atque elegantissimum dictum proruperit. Nisi

Alexan

Alexander essem, Diogenes esse vellem.
 Hæc eò relata sunt, ut ex horum parsimonia,
 siue contractione verborum, ac etiam Constā-
 tia & largitate factorū, viam quandam ad hūc
 status gradum breui ac compendio peruenien-
 di tericamus. Cuiusmodi ab eodē Socrate sub
 aurea quadā vitæ regula nobis tradita fuit; quā
 ille ad gloriam proximam, & quasi compendia-
 riam esse dicebat. Nempè si quis id ageret, ut
 qualis haberi vellet, talis esset. Aurea profectō
 sententia, satisq; tali viro digna; & quæ inter mo-
 ralis Philosophiæ præcepta, non in postremis
 sit reponenda. Neq; enim est quippiam naturæ,
 & ingenio mortalium magis proprium, quam
 quemque se, cum bene audire, tum bellè de se
 predicari velle. Idque vel ab ijs maxime appeti,
 affectarique, qui nihil bene agendo, nullam be-
 ne de se dicendi occasionem dederunt. Longe se-
 cūs ac faciunt bene agentes, qui non tam predi-
 cari de se, quam bene mereri de alijs, non tam
 se laudari, quam vera dignos esse laude, affe-
 ctant; quique se non simulant bona esse mente,
 sed delecta sua, improbosque mores, siqui sunt,
 planè agnoscunt, talesque demum sunt, ut non
 quales habentur, sed quales sunt, haberi velint,
 ex sen-

*Aurea Socratis
sententia, atq;
compendiaria
ad scandendum
alterum Constā-
tiæ gradum.*

*Modus scanden-
di.*

ex sententia Socratis. At verò huic apud Romanos facillè successit, similemque Constantiæ gradum scandisse visus est Cato maior Censorius nuncupatus; qui suo durè admodum, atq; rigidæ vitæ exemplo, ciuitatis mores ad veram virtutis normam reuocare semper cõtendit, ad idque persuadendum, non tam cultis eloquẽtiæ verbis, quàm Laconismis, grauisimisque fuit usus sententijs. Ideoque ipsam Cicero perfectissimum vocat Stoicum, suamque grauitatem ac integritatem morum perpetua Constantia stabilisse, semperque in proposito, susceptoq; cõsilio permansisse asseruit. Quibus de causis in ea ciuitate, quæ totius ferè orbis caput erat, ceterisque ciuitatibus morum, atque legumatrix, ipse Censor, hoc est, præfectus moribus, veteris disciplinæ, & seueritatis magister est factus. ac non vno quinquennio duntaxat, vt lege cautum erat, sed pluribus eam potestatem exercuit. Erat autem eiusce magistratus tam libera & absoluta potestas, vt penes Censorem esset iudicium senatus de dignitate & animaduersione ciuium. Vnde magistratum, quauis rigidè, tam grauitè constantèque, atque sapientè gessit; ne quasi cognomen in senectute habuisse sapientis, idè

Cato maior cę
sorius, eiusq;
laus.

Libera & abso
luta eius magi-
stratus potes-
tas.

tis, idem Cicero testetur. Huic igitur similibus cum Socrate rationibus in eiusmodi Constantiæ gradum gloriosus patuit ad Pietatem ascensus. In eundem etiam peruenerunt, suaque in eo vestigia impresserunt post Socratem & Catonem, alij quoque tum Græcorum, tum Romanorum heròes; qui vel tacentes, aut breuiloquentia vtentes, factis valde fuere de Repub. benemeriti: seque pro ea deuotentes, in medios hostes ad certissimam necem pro salute exercitus iniecerunt. Vt de vtroque Decio, de Fabio maximo, Camillo, Scipione, Mario, Lucullo, & alijs constantissimis Romanis ducibus immortalis fama testatur. Qualis de Græcis etiam incredibilis percrebuit; qui non solum pro salute, honoreque, & amplificatione patriæ; sed pro eius libertate potissimum, se, suasque fortunas in discrimen vocarunt. Vt de Alexandro magno constantissimo expugnatore orbis, de Antiocho, et alijs Regibus testata fuit antiquitas. Quin & de Cymone, Pericle, & Phocione, quæ verborum suorum gladium appellabat Demosthenes: tum de Timoleonte, Themistocle, & alijs fortissimis viris Græcis, quorum vitas, & res gestas Plutarchus, alijq; authores grauisimi, Græcis, idè

Græci & Roma-
ni de Repub. be-
nemeriti.

H cè, La-

cè, Latinèque appositissimè conscriptas reliquerunt. Ea enim fuere omnes in patriam, suamq; Rempub. charitate affecti, & quæ ab ea oritur, Constantia confirmati, vt pro illa non dubitauerint, aut voluntariæ se morti offerre, aut hanc sibi ab ingrata patria illatam, patiēter subire. Verum neque Græcorum, neque Romanorum facta cum ijs, quæ Hebræi olim pro defensione patrię gesserunt, sunt conferēda. Vna quippe mulier Hebræa vidua, cum pulchra, tum valde casta Iudith vniuersis anteisse videri iure debet, vt potè quæ videns urbem, patriamque suam ab innumerabili Assyriorum exercitu, duce Holoferne, vndique obsessam, ac intra quintum diem hostibus dedendam; constanter, atq; magnanimitè liberandam suscepit. Ac protinus diuino acta spiritu, de eodem duce occidendo cogitauit. Quamobrem pijs precibus vehementer intenta, Deumque supplex exorans, ac non tam alijs se ab eo præmuniri armis petens, quam quibus expressis ipsa refert verbis. (Da mihi, inquit Domine in animo Constantiam, vt contemnam hostem; & virtutem vt auertam) arduum, ac plusquam virile facinus fuit aggressa. Nam sola vna cum pedisse qua, suamet decorata pulchri

*Iudith mulier
Hebræa omnium
constantissima,
eodem gradum
ascendit.*

Iudith. 9.

pulchritudine, vrbe exiens, atq; hostium castra noctu petens, sese ab eisdem capiendam, & ad Holophernem ducendam exhibuit: quem sui amore captum (nota est historia) ac dormientē ausa fuit occidere, atque præciso illi capite, salua & incolumis, fugiente exercitu, in urbem remeavit. Vnde liberata patria, non modò æternum fortissimæ, constantissimæq; matronæ nomen est consecuta; verum alterum Constantiæ gradum, præ omnibus meritissimè conscendit.

20 Adhæc, neq; ab eodē statu amouendi sunt, qui pari ministra charitate, ac etiam pietate duce, vitam pro parentibus & amicis profudèrunt. In quo, neque nature, neque legum metas transierunt. Nam vt patrem vitæ, necisq; potestatem in filium habere fas erat; sic & filium pro patre mori iura omnia cogebant. Parentū quippe animas filios esse dixit Euripides, ideoque animam pro anima reddere iniquum non erat. Vnde conficitur, adeò verum ac germanum esse; neque fucatum parentum amorem erga filios, adeoque nullum alium cum eo comparandum; vt eius à filijs nulla fieri posse videatur iusta compensatio; vel ex hoc potissimum, quòd cum omnia, autore Philosopho, diligamus pro

Eundem ascendit gradum qui vitam pro parentibus & amicis profuderunt.

Filios parentū animas esse dixit Euripides.

Quam sit verus paternus amor erga filios.

H 2 pter

pter nosmet ipsos; patres tamen diligunt filios, eisq; bene volūt, nō propter se, sed propter ipsosmet filios. Quō fit, vt naturæ adeo curæ sit eius paternę charitatis compensatio; vt hæc non in communibus tātummodò hominum sensibus; sed in reliquis animantibus ab ipsamet fuerit natura insita: quemadmodum in Ciconia aue nota videre est. Hæc enim idcirco in turribus vrbium, alijsq; editis & præcelsis locis nidos sibi substernit, vt eius tanquam præclarum, atque insigne pietatis exemplum multo notius fiat, ab hominibusq; proponatur ad imitandum. Quam auem diuus Ambrosius piam vocatam fuisse à Romanis affirmat, vtpotè cuius filij parentibus iam senio confectis, nec alimenta sibi conquirere valentibus, summo studio & Constantia, incredibiliq; grati animi significatione, eisdē vitæ necessaria suggerant: prædamq; in eorum os ingerant; ac vbi ex nido migrādum est, sublatos in scapulas aliò atque aliò deferant. Vt iure quidem olim iustitiæ, ac pietatis symbolum fuerit à Ciconia deductum; ideoq; ab ea, quæ Græcè *ωέλαιος* dicitur, acceptū beneficium rependere *ἀντιωέλαιον* vocēt. Ex quibus deprehēditur sanguinis & cognationis ius, tam arctum effice;

*Ciconia auis in
signe pietatis
exemplum.*

*Cur pia fuerit
uocata à Roma
nis, liberosante.*

*Ius sanguinis &
cognationis nisi
si detestabili sce
lere dirimi non
potest.*

efficere inter parentes & filios naturalis charitatis vinculum, vt hoc nisi detestabili scelere, dirimi nullo modo possit: ac etiam contractum ex eo debitum non reddere, scelestum sit facinus.

11 Quod sanè vinculum non minoris est inter amicos, quàm inter consanguineos; cum non à sanguine, sed ab ea animorum coniunctione, quæ ex similitudine morum oritur, conflare solet. non enim tam sunt vnusmodi, ac similes inter se sanguine cōiuncti, quàm qui vnanimi, & quasi vnicondes existunt. Hoc liquidem inter est inter charitatem, quæ à cognatione, & eā, quæ ab amicitia contrahitur: quod prior similis est arbori, cuius rami, sicuti quō magis à radice, siue trunco in altum exsurgunt; eò magis inter se distant, & à sese disjunguntur; ita quidem refrigerescit cognatorum charitas, quo magis procedente ætate, à communi stipite siue ortu dissiati à sese recedunt: contra verò posterior habetur circulo, eiusq; circumferentiæ persimilis. Nam quō lineæ inter se distātes, ab illa magis in medium (vt vocant centrum) tendunt, eò coniūctiores inter se fiunt. Amicorum enim charitas, etsi inter extraneos copulata, quō magis tamen in vnum & eundem consensum abit; eò, copu-

*Ius amicitie nō
minus quā san-
guinis.*

*Comparatio na-
triusq; charita-
tis.*

Quo pacto qui
uitam pro parē
tibus & amicis
profuderūt, pro
patria se profu
disse dicuntur.

Heroēs ac for
tissimi nostri tē
poris uiri, quo
pacto eundem
scandunt gradū.

Antiquorum fa
cta presentibus
posthabenda.

latrice virtute, astrictior fit, atque ad perpetuā-
dum constantior. Vnde consequitur, eos, qui
pro parētibus & amicis, honesta de causa, mor-
tem cum vita commutarunt; non multum abesse
se ab ijs, qui pro patria illam impenderunt: quō-
niam tanquam patrię membra, non alia de causa
se se priuatim in hac amicorum atque parentū
diatriba exercuerunt, quam vt prouectiores in-
de effecti, ad defendendam, & amplificandam
illam, tuendamque eius libertatem, paratiores
euaderent. Vnde eō minus ab eadem Constan-
tię classe arcendi sunt; immo in hoc ipso pieta-
tis gradu, magno cum honore & laude collocā-
di celeberrimi nostrorum temporum heroēs,
quorum apud Occidentales Indos obita facino-
ra, tanta cum fortitudine, Constantia, atq; ma-
gnitudine animi confecta fuere; vt planē anti-
quorum facta, ijs sint longē posthabenda. Quę
planē cū a Christianis viris pietatis atque ve-
rę religionis cultoribus; eiusque propagandę
caussa, diuina ope in vlcimis terris, tam ad Oriē-
tem, quam occiduā plagam admirabiliter per-
acta fuerint, in consequentem librum, vbi de
pia, atq; religiosa Constantia erit sermo, enarran-
da reijcimus.

Vt

12 Vt igitur ad tertium Constantię gradum per-
gamus, is vtrorumque, dictorum scilicet, & fa-
ctorum compos. status est, maximeque cū pie-
tate coniunctus; apud eos præsertim, qui non so-
lūm dictis, sed etiam scriptis ad sempiternam
sui memoriam nominis consecratis floruerunt;
ac etiam qui non scripto modo, sed facto, atque
re ipsa, se pro patria, pietate duce, deuouerunt.
Quę sanē pietas quamuis magna sit erga paren-
tes & amicos, vt diximus, maxima tamen est er-
ga patriam; propterea quod in hac, non solūm
amici, parentes, & sanguine coniuncti; sed etiā
vniuersitas ciuium continentur: Ac sicut officiū
in vniuersos multo latius est, longeque præstan-
tius, quam in singulos collatum; ita multo ma-
iore fuit illud semper compensatione dignum,
ac neque vnquam ex æquo remuneratum; im-
mo verò sæpē fuit illi iniqua gratia repēsa. Cuius
rei causam, sunt qui hanc vnā esse acutē con-
ijciant; quod licet præclarum, atque illustre sit
facinus, vnum quidem hominem de vno, alte-
rō ve benemereri, ei que gratiam & beneficium
impendere; at hoc planē, cū humanum, atq;
vulgare est; tum tanquā par pari facile referri po-
test: tametsi singulorum opes sepē tenues sint &

Tertius gradus
Constantię.

Officiū in vni-
uersos præstan-
tius est, quam in
singulos colla-
tum.

Benemereri vo-
num de multis,
cū a multis cō-
pensari nō pos-
sit.

H 4 infir

infirmę ad gratiam ex quo referendam. Verum tamen de plerisque benemeritum fuisse illum, atque pro multis suum caput dedisse, supra conditionem vnus hominis est, propęque diuinę opus; clareque ostenditur, minimę posse illud nisi ab hominibus multis compensari: maximę verò, vbi ab vno pro patria reddita vita fuerit. Hęc enim nullis humanis, neque commodi, neque honoris, neque glorię præmijs exæquari potest: quin potius fit quàm sepius, vt ingratus populus (odit quippe semper is omnem exuperantiã virtutis: vel potius, nullo seruato medio, aut odit, aut fauet nimis) eiusmodi beneficos, ac salutare ciues, pro tantis meritis, aut inuidia, aut summo prosequatur odio: vocarique in crimen illos, damnari morte, atque de medio tolli, non modo permittat, sed manus quoque afferat: non alia planè de causa, quàm vt tantum ab se onus abiciat; quantum est multum debere alteri, neque soluendo esse. Cuiusmodi cum tam multa sint in cõmuni & quotidiano vitę vsu posita exempla, qualia ex Romanorum, atque Græcorum ducum, qui de Repub. benemeriti fuerunt, euentibus licet colligere; superuacaneum fuerit priuatim ea nũc enumerare. Illud autem

erit

*Populus cur se
per est ingratu-
sus.*

*Multum debere
neque soluendo
esse, reddit in-
gratum debito-
rem.*

erit admirandum magis; tantam esse charitatis vim cum pietate coniunctam in diligenda patria, vt, vel ipseus exemplo naturę, que pro totius conseruatione parti detrahit; nullum tantum ingrati populi odium, nec insolentia esse possit, quę optimos ciues à diligenda Repub. beneque de ea merendum auertat; quin se ipsi pro illius defensione, tanquam membra, ne totum corpus pereat, præcidenda tradant: tantum abest, vt iuste ab ijs contra eã conspiratio fiat: cum nulla causa cuiquam iusta esse possit cõtra patriam armæ capiendi. Ex quo ad defendendam illam, cuique etati, & Reipub. sui non defuerunt constantissimi Fabij, Camilli, Themistocles, & alij perquam multi, ad illius iucolumitatem, & amplificationem nati ciues.

*Nihil est, quod
omnino à dilige-
da patria auer-
tat.*

Itaque vt eorum, qui tam scriptis, quàm factis suam maximę iuuarunt Rempub. exempla proferamus; duos duntaxat ex tam multis, præstantissimos Romanos ciues proponemus, qui hũc tertium scandentes constantiæ gradum, alter pro defendenda libertate patrię, alter pro tyrãnide occupanda, dissimili quidem animo, sed perquam Cõstanti, occubuere. Sanè vt pulcherrima inter eos collatione facta, in tanto orbis

*Exemplum eor-
um, qui tam fa-
ctis, quàm dictis
Rempub. iuua-
runt.*

H 5 Thea-

Comparatio Ca
saris, & Cicero
nis.

Theatro Roma, in qua ambo clatuere, liqueat non minus gloria, ac sempiterni nominis accessisse vni ex literis, & conseruata patria; quàm Imperij & famæ alteri ex bellica virtute. Ij fuere duo illa Reipub. Imperijque Romanorum toti orbi, omnique ætati, coruscantia lumina. C. Iulius Cæsar, & M. Tullius Cicero; ambo ex ordine senatorio, liberalibus disciplinis instructi, & ad gubernandam Rempub. asciti. Nam Cicero equestri loco ortus, & à puero iuri studens, atque ad nullum genus literarum (cùm vniuersas calluerit) ineptus; etsi homo nouus, cunctis tamen suffragijs Consul est factus; ac non modo custos vrbis, & defensor omnium; sed etiam pater patriæ à Catone primum summo Senatore; deinde à Senatu populoque fuit consalutatus. Iulius verò, doctrina atque pereleganti dicendi facultate excultus, ac non tam literis ad rei militaris scientiam, quàm rebus gestis & victorijs eruditus, strenuus fuit Imperator, tamen si decennio in Gallia exacto, dictaturâ, perpetuâ quidē, vi & ambitione quæsiuit. Vnde tanta fuit in vtroque ingenij vis & acumen, tam ingens humanitatis cū grauitate coniunctio; vt & facilitate morum, & festiuitate sermonis, mira que ad iocos

& sa-

& sales, tam in dicendo, quàm in scribendo facultate omnibus longè præstiterint. Cùm igitur alter se ad Philosophicas & Oratorias artes; alter ad res bellicas & armorum tractationem contulisset; in ijs Cæsar, literatura retenta, vt fuit felicissimus; sic in illis Cicero, minime bellipers, euasit eruditissimus. Nam in foro & causis ciuilibus sese tantopere exercuit, tantamque sibi apud omnes auctoritatem comparauit; vt suis ingenij viribus, & fama virtutum, quas mirè coluit, non minus Senatus populi que mētes ad se cōuerterit, quàm Cæsar, qui domestica neglignens, bello & armis Gallos, aliasque gentes Romano Imperio adiecit. Nec verò clementia, & liberalitate (in quibus mirè excelluit Cæsar, ob idque summo omnium consensu celebratur) inferior fuit Cicero: non clementia, cum ea semper præstiterit benignitate erga omnes, vt causas licet grauissimas, ac vel desperatas, contra quoscunque, magno suo periculo suscipere non horruerit; modò oppressis, atque ab omnibus derelictis reis opitularetur: non liberalitate, cū suorum locupletissimorum studiorum, atque mirabilium lucubrationum, non suis modò ciuibus; sed omni posteritati ac sæculis copiam quã largif-

Mira Ciceronis
laudes.

largissimè fecerit; è qua cùm omnis orationis vbertas, tum facultas & copia scribendi in omnes perpetuò effluxit. Nam grauius simul & eloquentius quàm ipse, qui aut dixerit; aut (nisi ipsomet magistro & doctore) dicere potuerit, ferè inuentus est nemo. Quod si vtriusque vitæ & morès ab ipsa prope infantia inter se conferamus, reticendæ profectò erunt alterius laudes, ne alterius deformitates prodantur; ac ne amara subinde fiat omnis, vti solet, comparatio.

14

*Oratoria ars
quàm minimè
siet à bellica,*

Atq; hæc ita se habuisse, cùm ex dictis, tū ex eo maxime deprehendimus, quòd Oratoria in dicendo ars, à bellica in pugnando, communisque vtriusque ad vincendum ardor, quàm minimè inter se distent, immò quasi pares existant. Nam summo illi oratori, soli, atq; apud frequentissimum, amplissimumque orbis terrarum Senatuum dicturo; num minus fuit opus magnanimitate, summoque ardore mentis ad dicendum, quàm Cæsari, fortitudine, animique robore ad prælium cum hostibus committendum? An ille, ad obstinatos expugnandos Iudices, & causam contra potentissimos patris desertores inter armatas acies suscipiendam, minori fuit, quàm Cæsar animo, ad irruentes in se hostes sustinendos?

Cicero.

Cæsar.

dos? cùm is non solus, sed inuictissimo, longèque bellandi arte superiore veteranorum exercitu stipatus, sese hostibus objiceret: ille verò solus, solaque præclara sui officij conscientia fretus armatusque, verba tanquam fulmina, in aduersarios vibrare non pertimesceret? Quis enim Romanorum animosius? aut quis constantius? dicta factis, atque verba operibus, quàm Cicero comprobare curauit? vt cui maxime omnium, & ciuilis pax, & Reipub. tranquillitas, in ore semper, & mente fuerint? adeoque easdem amplectatus est, ac obtinere studuit: vt pro libertate patriæ, quàm toties oratione defenderat, mori non recusauerit? Nam quærentibus eum ad necem aduersarijs, sponte se obtulit, manusque amputandas cum capite, atque pro rostris (lugente Senatu, merentibusque bonis omnibus) affigendas tradidit. Adde quod M. Antonij eius capitalis hostis vxor Fulvia, in illum commisit. Ea enim linguam quoque eidem abscindi, sibi que afferri iussit: ipsamque, quod in suum Antonium orationibus, Philippicis nūcupatis, fuisset inuecta, acu sæpius pupugit, atque perforauit. Ex quibus ostèditur Ciceronem hæc omnia longè honestius, laudabiliusque fuisse passum, quàm Iulium;

*Pro libertate
patriæ mori Ci-
cero non recusa-
uit.*

*Vxor M. Anto-
nij rabies in
linguam Cicero-
nis.*

vt non solum animus à factis; sed aures quoq; à cōmemoratione abhorreant, Et ad Octauium, Liceat semel impunè peccare, sit erranti medicina confessio. Et de legi. Non pœna, neque metus, sed turpitudine terrere debet ab iniuriosa vita. Et officio. Nunquam est utile peccare, quia semper est turpe. Et Epis. Præter culpam & peccatū, nihil potest homini accidere, quod sit horribile & pertimescendum. Quin & libro de diuinatione. nonne Deum asserit, præstantem, & eternam quandam naturam esse; quam & suscipiendam & admirandam hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum celestium, cogit confiteri? Et ibidem, Nec frustra, & sine causa, quid facere, dignum Deo esse. Et pro S.R. Commoda, quibus utimur, lucemque, qua fruimur, spiritumque, quem ducimus, à Deo nobis dari atque impartiri videmus. Et de Officijs. Nunquam neque irasci Deum, nec nocere, Atque ibidem, sola pietate, & sanctitate Deum placari solere. Et de legi. Impius (quandiu scilicet, ab impietate sua minime recesserit) ne audeo placare donis itam Deorum. Tandem in libris de diuinatione, alijsque locis, nonne multiplices, atque commentitios & fictos suæ gentis Deos

Deos deridet? eorumque inconstantiam redarguit? inque sacrificos, & sacrificia eorundem, stomachosè inuehitur, inquiens. Quæ autem Inconstantia Deorum est, vt primis minetur extis, bene promittant secundis? Ex quibus planè adducor, vt cogitem virum hunc, quem semper beneficum & sapientem, nusquã tamè immodestū fuisse legimus; non solum modestia, & circumspectione vitæ, doctrinæque & salutaribus cōsilijs, præstitisse multis; verum diuino aliquo afflatū numine (nemo enim vir magnus sine aliquo afflatu diuino fuit vnquam) & conscientiam quidem præclaram habuisse, & ab æquo & iusto minime dissensisse. Nec tandem præteruehenda est rara eius felicitas, qui eum tam multa, per uariæque, ac præclarissima scripta reliquerit, propterea quod omnium magnarum rerum, atque artium scientiam consequutus fuit, studiorum tamen suorum obrectatores nullos; æmulos atque imitatores perquam multos habuerit. Unde perspicuum est, illum tres hosce Constantiæ gradus (quidquid alij comminiscantur) cum cōscendisse gloriosè, tum in ijs, quæ ad charitatem patriæ spectant, præ cæteris, & dicto, & facto, & ipsa morte, pietati semper inmixtum fuisse: atque

Rara Ciceronis
felicitas.

I subin-

subinde perdignum, quem inter summe constantes Ethnicos reponamus.

- 16 His ergo clarissimis constantiū virorum exemplis prolatis, ad explanandū Constantiæ de transferendis alumni institutum reuertamur. Nam ea quidem ipsos ad Pietatem, eidem initiandos, atque ad summum eius statum conformandos, adducere decreuit. Intellexit enim, Pietatem summam quandam esse virtutem, siue scholam potiùs, atque palestram virtutum; eamque vnā cum per sancta Religione, domū siue templum amplissimum, ad diuinum in terris peragendum negotium consecratum, incolere; fuisseque illud eidem traditum diuinitus, vt ipsis tanquam è cælo delapsis ministris, humanus in eo status ad fabre excultus, mireque expolitus, in altiorem euehi, & cum diuino copulari posset; religione scilicet, quæ res diuinas contempleretur; & pietate, quæ humanas in actione positas traduceret ad diuinas. Ideoque illa, quod tota diuinis esset intenta, penetralia templi teneret; hæc autem, quod latior, atque ad omnia (vt inquit Paulus) utilis esset virtus; & charitatem non solum erga diuina, sed in parentes, amicos, maximè verò in patriam exercet, in latissimo atrio, ac templi vestibulo

*Pietas summa
quædam virtus,
siue palestrauir-
tutum.*

*Pietatis, & reli-
gionis domus
quæ contineat.*

*Pietas & reli-
gio quibus di-
stinguantur.*

stibulo se contineret. Accedens ergo ad eam Constantia, dum appropinquat templo (quod nō tam humili ac depresso loco situm erat, quin tribus quoque iam dictis gradibus emerret) amplissimas illius porticus, atque spaciosissimas xistos, maiusque etiam atrium, vehementer est admirata; visaque illi omnia sunt, potius hospitalis cuiusdem sedis, quam templi speciem præferre. In quam peregrini & conuenē vndique commeantes intrabant; eratque vnicuique in eam receptus gratissimus, & liberalissimus.

- 17 Vnde Constantia simulās se esse aliquem ex peregrinis, tanquam loci ignara, quosdam pro foribus templi stantes Atrientes percontata est; Quisnam eius per sancti hospitij dominus, adeoque magnificus præses esset, qui vniuersos ad illud confluentes peregrinos, sine vlla exceptione, tam libenter exciperet? quique omnibus ex æquo, nullo cuiusque delectu habito, gratis benefaceret? Cui ab vno ex maioribus atriesibus seruis, viro grandæuo ac sapienti, satisque pio ac religioso (vt ex ipsius acuto responso colligi potuit) qui œconomum, siue multitudinis præpositum præsefererat, sic fuit responsum. Et quid tu pietatis es insolēs vsque adeo, ac in ea peregrina-

*Pietatis domus
& eius operum
fusa descriptio.*

ris, vt nescias domum hanc templum esse totius orbis maximum, atque augustissimum, sacrae religioni, eiusque sorori pietati ad humanum in terris expendendum ac perpoliendum statum, eumque in diuinum euehendū, dicatum? Ideoque ad perficiendum ipsum, Religioni penetralia templi; Pietati atria & vestibula in modum hospitalis sedis fabricata obtigisse? Est enim perspicuum, ac benignissimum omnium eius operum & officiorum, non sua, sed quae peregrinorum sunt querere: hospitalitatem utique exercere; peregrinos & quosuis ad religionem confluentes couenas recipere; publicumque cunctis hospitium parare; tanta cum largitate & beneficentia erga omnes; vt non tam pro cuiusque meritis ac dignitate, quam vt beneficiat, soleat illa cum omnibus bona sua communicare. Nam sui quidem muneris, atque officij magis esse putat; in omnes (suadente charitate) quam in singulos de Repub. esse beneficam: cum in ipsa tot sint bonis permitti mali, atque ingrati associati gratis, vt non tam singulorum taquam membrorum, quam totius corporis, pro communi bono, rationem habendam esse putet. Neque enim Reipub. tam potest quippiam esse utile, neque in maiori de

Praecipuum pietatis munus r. o. sua. sed quae peregrinorum sunt querere.

Hospitalitas.

Pietas cur in universos de Reipub. quam in singulos sit magis benefica.

iori de ea benemerentis laude poni, quam omnes, sine vlllo discrimine, magnitudine, ac multitudine beneficiorum superare. Hoc quippe munus & officium publice proficitur pietas, ipsumque per hospitalitatem exercet quam liberalissimè. Tanti enim est apud eam liberalitas, vt hac dempta virtute, cunctus ferè splendor, & benemerendi negotium ab illa detrahatur. Quid namque humanius, aut cum charitate proximi, quae per hospitalitatem enitet, coniunctius esse potest, quam non solum parètes & amicos, sed qualescunque hospites, non tantum elaudos ac debiles; verum nudos, famelicos, moribundos, atque omnium rerum egentissimos hospites accipere? nullos hospitio indignos reputare? nullos demum auersari, neque horrere? Ex quo hospitalitas, non modo ob liberalitatem fit nobis honorificentissima; sed ex eo etiam reputamus sanctissimam, quod vel à viris religiosis, quibus nihil est proprium (pro Christo siquidem omnia dederunt) exerceri ipsa vnà cum liberalitate, ac eisdem propria esse possit. Nam etsi victu communi vtuntur, tamen de reliquo, quod superest (suadente Paulo) peregrinis dantes, ac neque solo pane eos, sed verbo Dei pascentes, per-

Praecipua pietatis virtus est liberalitas in qua les cunq; hospites.

Hospitalitas cum liberalitate quo pacto à religiosis exerceri possit.

inde vt qui in exemplo & doctrina laborant, hospitalitate quoque se cunctis exaquant.

18 *Quid elemosina.* Qua in parte hospitalitatem ab ea misericordia, quam Græci vocant elemosynam, per quam erogationem pecunię in pauperes intelligimus, minimè differre putamus. Quòd nemo soleat egenis succurrere, quin prius animo misereatur eorum inopiã: non enim ea tanti est in exequendo opere: quanti in ipsa pia, atque misericordiam animi commotione ad succurrendum inopi. Cuius miserationis simul & largitatis, cum nulla sit verior, neque propinquior causa, quam quòd illa fiant propter Deum, planè consequitur, elemosynam ei non modò fore gratissimam; sed vel ex eo futuram gratiorem, vt diximus, quod voluntaria, liberaque fuerit illa prius hostia ipsi ab animo immolata. Neque enim quicquam fit liberius, minusque coactè, atque hilarius, quam elemosyna, talemque fieri necesse esse, innuit Paulus, Hilarem, inquit, datorè diligit Deus. *Cur elemosyna medicina animi sit ad omnes eius sanandos morbos, hoc est peccata.* Quamobrem elemosyna placari ipsum nobis quantumuis iratum, adeo certum est; vt ad omnes animi morbos, vel desperatos curandū, ad omnesque culpas expiandum, nulla promptior medicina, nullum panchrestum medicamentū adhi

adhiberi possit efficacius. Idque ostendi ab ipsa: met sanatione corporis, quæ fit per incisionem venę, ad animi sanationem, ducto medicamine. Nam vt redundans sanguis in corpore, quum primū, ne efferuescat, incisione minui solet quam salubriter: neque alia est huic morbo certior magisque propria inuenta sanatio; sic redūdantes, & superfluentes opibus & diuitijs, quæ verè animum suffocant, atque intercludunt retē, ex Evangelici medici consilio, minuere quidem illas, ne suffocent, necesse est, atque in pauperes distribuere. Idque nullo alio profecto Hippocrate auctore, quam ipsomet Christo Iesu seruatore nostro. vt potè qui suo diuino ore protulit, ac promisit, se quæcunq; delicta nostra (nulla excipiens) curaturum elemosyna. Interrogatus enim, quonam videlicet misericordię flumine, tot, tantæque nostræ sordes, ac foeditates animi diuinitus dilui, atque deleri possent, clementissimè respondit, Date elæmosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Nullum, inquam, eiusmodi animorum morbum excludens, qui nõ elemosyna, ab eo qui largus in ea eroganda fuerit, diuina miserante gratia, abundè curari possit.

Elemosyna in scissione similis.

Luc. 2. 11. Responsum Christi de elemosyna.

19 Præterea quæ toto atrio, & in porticibus consistunt diuerforia & tabernæ, officinæ sunt, in quas se recipiunt virtutes; atq; artes omnes, quæ pietati ministrant, ac præstò sunt ad excolèdos, & in omni officio & pietate exercendos ad eam conuenientes peregrinos; eorumque mores cõformandos: Ex quibus nonnulli noctû, diuque pietati operam dantes, atque in ea valdè proficientes; partim ad penetralia templi progredientes, ne de optimo, quem dedit pietas, statu declinent, religioni se manciant: partim cum pietate remanentes, eius officia, & munia obeunt: plerique tamen, ab inconstãtia, & socordia, à vagis ac consceleratis mulierculis seducti, ad pristinã peregrinitatem redire cupientes, magno cum pietatis dolore se furtim subducunt, & ab eo statu recedunt. Nec verò ex tam multis virtutibus, quas sibi aggregauit pietas, vlla est, quæ possit eis obfistere, aut ad remanendum cogere, præter hæroicas illas duas Constantiam, & Perseuerantiam. Hæ namque eiusmodi desertoribus, atq; transfugis solèt validissimè occurrere, ac seu precibus, seu dictis, ac monitionibus, seu vbi opus est, vi & obiurgationibus, eos ad pietatem reducere. Sed iam diu hinc abest Constantia; nam à

forore

Officinæ, & tabernæ domus pietatis in quas se recipiunt peregrini.

Domus pietatis nullo uocat oratio.

Peregrini qui ad pristinam peregrinitatem ob inconstantiam reuertuntur: quos sola Constantia & Perseuerantia in uia possunt redigere.

forore Perseuerantia, magna de causa ut fertur, vocata, in earum communem arcem se contulit; quam tamen breui redituram, atq; cum pietate permanuram speramus.

20 Hæc cum Atriensis dixisset; atque Constantia cumulatè satisfecisset; ecce ab interiori atrio non parua quædam peregrinorum manus, ex ijs qui sacris apud religionem initiabatur, magno se impetu foras porripuerat; ut abiecta religione, pietateque posthabita, impudenter ad peregrinitatem rediret. Cumque per medias virtutes irrumperet, nullæ tamen earum se illis opponere, neque sequi sunt ausæ, præter vnam pietatis pedissequam, urbanitatem, quæ ipsos rusticitatis ingratiq; animi redarguebat; quam protinus sequuta est ipsamet pietas percussa & afflicta, lachrymis prosequens desertores suos; ac ne se desererent obnixè deprecans. Sed piæ magis quam fortes ac bellicosæ ambæ, nihil profecere: immò verò multis conuitijs, atque probris eas afficientes peregrini, à se submouerunt. Id conspicata Constantia, ira percita, quamprimum in eos irruit, ac protinus eius conspirationis auctores socordiam & inconstantiam, manu captans, reliquos à fuga continuit. Iamque duris, asperisque

I 5 ipsos,

Manipulus peregrinorum à domo pietatis fugientium.

Urbanitas.

Constantia impetum faciens in peregrinos recedentes à pietate cogit reuertit.

Socordia, & inconstantia.

ipſos, cum admonitionibus, tum minis & obiurgationibus, admixtis precibus, increpans, vt reſiſcerent, ad ſeque redirent confecit: necnō vt ſeſe pietati reſtituerent, ac veniam ab ea deprecarentur, coegit. Illis redeuntibus, obuiam facta Pietas, magno virtutū ſtipata choro, ſummo gaudio & lachrymis Conſtantiā amplexata eſt, ac peramanter ſuauitata; eidem acceptum ferens, attribuenſque omnem pij ſui ſtatus ſtabilitatem & firmitudinem; ac etiam proſtitens, ſe ne poſſe quidem ſine ipſa, eiſque ſorore Perſeuerantia retinere illum, nec ad perfectū deducere. Proinde tam ſuo, quam religionis nomine, rogare ipſam, vt ad tanta, tamque ardua vtriuſque bene gerenda negotia, vellet vna cum ſorore Perſeuerantia apud ſe manere: cū & in honoratiore totius templi loco eſſet eas collocatura; & pij, religioſique ſui ſtatus regēdi poſteſtatem eiſdem commiſſura. Annuit eiſus precibus Conſtantia, ſeque cū ſorore Perſeuerantia rem communicaturam promiſit. Ac poſtquam dies aliquot apud Pietatem non otioſe diuerſitata fuit, huius ſtatum, alioqui inſtabilē & diffluētem erigens, mireque roborans: de alumnis, quos in arce, cum Perſeuerantia reliquerat, ſollicita,


Pietas Conſtantia acceptam fert omnem pij ſui ſtatus firmitatem.

Pietas Conſtantia rogat ut vna cum ſorore Perſeuerantia perpetuò apud ſe maneat.

Annuit Pietatis votis Conſtantia, atque vna cū Perſeuerantia ſe rediturā promittit.

licita, ad eos redire ſtatuit, vt vna cum Perſeuerantia ad pietatem deduceret. Quamobrem inſtituti ſui ratione pietati reddita, paucis comitata virtutibus, quas ei pietas dedit ſocias, in arcē ſe contulit. Atque interim omnes vias, quibus tutius alumnos deducere poſſet colluſtrauit oculis; earumque flexus & contortiones, ne vagari, aut errare cōtingeret, curio ſe perſpexit. Sed quamuis ex tam multis duæ precipuè ſe offerrent; altera, quam ipſa veniēs confecerat, aſpera quidem, ſed longe tutior; altera per campeſtria, plana & amœna loca; longior tamen, atque latrocinij & excuſionibus hoſtium expoſita, dev traque apud Perſeuerantiam referre decreuit.

DE



bat, vbi continentur æterna, siue ipsa eternitatis sedes, cui se Imperatores cum Augustis vxoribus consecrabant.

Quo pacto cū
eternitate con-
ueniat Constā-
tia.

Constantie figu-
ram nomisma-
tis inuenta.

Quæ planè omnia, iisdem ferè de causis videntur cum Constantia conuenire. Hæc enim virtus (vt ex nomismatis Claudij Imperatoris deprehendimus) duplici figura inuenitur descripta. Altera stans quidem capite obrecto: quod eius principium, atq; vnde orta sit ignoretur: sinistraque sceptrum tenens, quasi terrarum domina. Altera sedens inermis & pacifica, quiete simul & animi securitate fruens: sed vtraque virgineam & castam virtutē præferbat: & quod a casto, susceptoque semel cum ratione proposito dimoueri non possit; & quod eius permissio, nō ab humana causa, quæ mutabilitati semper est obnoxia; sed à diuina potius, & æterna emanet; ac quia occulta, idcirco galea caput eius obducebatur. Quin & militari sago, & toga retrò diffluentibus utebatur: aut quod bello, paceq; cum fortitudine & iustitia, quæ sequi debent constantem, rem gerat; aut quod oporteat, tam milites, quam iudices Constantia esse præmunitos. Ad hæc quoniam fidissima est eius semper comes prudentia (longæua & cordatissima

(virtus

Cur Elephanto
insidet.

virtus) huic tanquam Elephanto, animantium (vt dictum est) cordatissimæ, quæ gressu incedit quasi testudineo, insidebat: ac neque carebat Phenicis effigie & facultate, cuius insigne est, semper eadem. quod extincto vno proposito, in aliud, atq; aliud melius continuè renouentur; suiq; similes sint semper constantes: Sceptrum autem sinistra tenebat, tanquam multarum domina terrarum, quarum pax, & securitas illius beneficio augentur, & conseruantur. In quo autem ambæ effigies conueniebant, atque cum eternitate consentiebant, præcipuum erat, extensum, & in altum sublatum brachium, cum indice dexteræ ante vultum: quod viri constantissimè rem affirmantis est signū, clareque significantis cœlum obtestari se, nequaquam ab honesto, quod semel suscepisset, proposito in perituum discessurum. Hunc igitur in motu Constantia cum eternitate conuenit, eiq; suos illa consecrat alumnos; ac breui, & ad tempus à se editos & procreatos, virtute prouehente, in æternos transmittit.

Cur Phenice
insigne habet.

Cur sceptrum
tenet.

Cur brachium
cum indice dex-
tra ante vultum
in altum subla-
tum constantie
tenet.

3 Ex quibus relinquitur veram Constantiam (quod antea proposuimus) æternitatis esse partikulam quandam, siue alicuius æterni simulachrum: nempe

Ex Constantia
& æternitatis
collatione quid
boni colligam.

nempe vt huius intuitu, & contemplatione, ca-
 duca respiciamus, & diuina etiam negotia in ter-
 ris geramus: qualia sunt, vt de hac exigua vita
 minime, sed de perpetua illa superna solliciti si-
 mus; atque consilia mentesque nostras ad sem-
 piternam consequendam gloriam dirigamus.
 Quamobrem ad ea, quae Pietatis & Religionis
 sunt, reuocante Constantia, reuertamur: harum
 enim sacrarum tum ordinis, tum status virtutū,
 non modò conseruatricem, sed auettricem qui-
 dem, & perfectricem esse Constantiam ostende-
 mus. Idque vel ex eo maximè, quòd verum ac
 perfectum Constantiae statum, quem ad homi-
 nem duntaxat spectare posueramus, nō cuiusuis,
 sed solius Christiani hominis esse intelligamus.
 Is enim verè est ad veram immortalitatem na-
 tus homo, cui per fidem in Christum & baptis-
 mum, patet aditus ad aeternam beatitudinē. Cæ-
 teri namque homines, ne belluis quidem, atque
 iumentis insipientibus sunt comparandi: vt qui
 non modò superna felicitate priuandi sunt, sed
 perpetuæ morti, ac supplitio deputandi. Peius
 quippe est, hominis animum in Inferno ad eter-
 nos cruciatus reseruari, ibique perpetuo odio,
 ac blasphemijs, immensam Dei bonitatem pro-
 sequi;

Verus status cō-
 stans solum conue-
 nit Christiano
 homini. Ceteri
 iumentis, cur cō-
 parentur.

sequi, vt ait Propheta, superbia eorum qui te-
 oderunt ascendit semper, quam belluarum mo-
 re, simul mori cum corpore. Non enim videtur
 verisimile & consentaneum, quod de damnatis
 ad sempiternum barathrum, & contentas in eo
 pœnas, dici consuevit. Eorum scilicet quenque
 velle potius perpetuò male esse, ac cum perpe-
 tuis aduri flammis; tum continuis in Deum (vt
 solent) execrationibus, & male dictionibus vti;
 quam penitus non esse. Id enim naturæ, eiusque
 perpetuitati tantummodo iniuriū esse potest: sed
 illud quidem, impium, atque naturæ domino
 detestabile est, & execrandum. Tam longè er-
 go absunt a Constanti, & vero statu hominis,
 impij, & qui ad Christi fidem, aut minime per-
 uenerunt, aut ab ea tanquam perfugæ & deser-
 tores recesserunt; vt soli pij Christiani homines
 in tam alto dignitatis gradu, & felicitate collo-
 cari, eaque frui mereantur.

4. Cum itaque proximo libro, de Pietate, qua-
 tenus in patriam, parentes, & amicos, officiosa
 est, satis superque sit dictum; restat, vt quatenus
 erga Deum, diuinaque eius mysteria & observa-
 tiones se gerat explanemus. Quae in parte pietas
 non differt a religione. Nam illa quidem, cum

K sit (au-

psalm. 73.

Peior est perpe-
 tuus damnato-
 rum status ad in-
 ferni pœnas,
 quam eorum, qui
 omnino non sunt
 in verū naturā.

Quam longè ab-
 sunt a Constanti,
 & vero statu
 hominis impij.

Pietas cur utilis
 ad omnia.
 1. Tim. 4.

menter conate fuerunt. Erat autem ibi ab ipso mundi primordio, impiarum gentium turba prope infinita, sub diō quidem, sed obtenebrata cœlo, soloque admodum lutulento dispersa, utpotē quibus terra falluginosa erat, seu (vt inquit Plates) ob incolarum prauitatem, & malitiam, infalluginem, nempe sterilitatem versa: & quæ nullo neque prudentiæ, neque sapientiæ fructu, sed infatuato sale (qualis Sodomæus) exuberabat: vt solent quidem hæreticorum verba nitorem fūco illitum sine fructu veritatis proferre: & qui non alijs Mercutialibus (vt aiunt) lapidibus, quàm salitis vxoris Loth stautis itinerum flexus indicabant, quibus suam inconstantiam, qualis in illa fuit ob tergiversationem, ipsi veræ fidei desertores præferrent. Ijs præterea pro cubiculis stabula vitiorum, pro triolijis popinæ falsarum opinionum suberant: neque alijs eis Deus (quicquid dicerent) quam venter erat. Quique toto etiam agro, euntes & redeuntes, & in circuitu, vt solent impij, ambulantes, in peruarias diuisi sectas vagabatur: nulla ferē se lege, nulla nisi deformata, sexcētisque erroribus contraminata religione tenentes.

Conspicitur igitur ab ijs non procul alumnorū tanquā

Quali in regione
ne loco se cō-
timebat impia-
rum tot gentiū
turba.
Psal. 106

Quibus Mercu-
rialibus lapidi-
bus sua itinera
indicabant.

Quo pacto in
campestribus lo-
cis stabulabat
impia turba.

tanquam peregrinorum, magna manū, qui re-
cta in eadem Pietatis pergebant, ad eos accesserunt. Ac vbi cognouere Constantia Perseuerantiæque esse alumnos, vnusquisque conatus est eos ad se, suamque sectam pellicere. Erant enim ibi ex omnibus gentibus, atque mundi nationibus mista conciliabula, tam Ethnicorum, quàm Iudæorum, quàm etiam Hæreticorum hominum; quibus non tam magna cura erat pertrahēdi ad se peregrinos, vt suas auerent sectas, quàm vt impiorum more, à verā eos Pietate & Religione auocarent. In modum ergo grassatorum, nouissimos aggressi sunt. Ac primi omnium ex Ethnicis Græci, qui sapientia, & scientijs tumebant, diuinum cultum penes se consistere prædicabant, quandoquidem summi ipsorum Philosophi ad vnius Dei agnitionem peruenērūt; atque in patriam, parentes, & amicos, præclara Pietatis facinora ediderunt: tametsi maioris Pietatis causa, non vnum tantum Deum, sed plures diuino cultu dignandos esse, multifariam alumnis persuadere conabantur. Post hos Iudæi contra, verum potius Dei cultum apud se residere contendebant, vt quibus solis, præ omnibus gentibus, eloquia Dei, totaque lex Moysis non modo

K 3 credi-

Cōciliabula Eth-
nicorū, Iudæo-
rum, & Hæreticorū.

Quis sit eiusmodi impiorum finis.

Græci primi occurrerūt, vnius Dei agnitionē se reperisse instantes.

Iudæi verū Dei cultum sibi arrogabant.

*Heretici deri-
dentes alumnos
superstitiose
Pietatis coar-
guebant.*

credita; sed perquam multis prodigijs, atq; miraculis comprobata fuerint. Nouissimi accessere infinitarum prope sectarum auctores. Hæresiarum, qui constantes deriserunt; propterea quòd tam curiose graue, & superstitiosam Pietatem quærent; ac corpus simul & animum cruciantem Religionem indagarent: necnon Euangelicam cohibentem appetitum legem exquirere: cum ipsi suis omnino exquisitis rationationibus, & argumentis inuenerint, libertatem naturæ, quam sequebantur, nullis debere legum vinculis constringi; ac neque contra naturam vniuersam, quæ sua vnumquemque libertate donauit, contendendum esse. Ideoque leges, atque religiones omnes, quasi religationes, adeò superuacaneas esse; vt singulos quosq; mortales liberè in suam viam abire, conuenientius ducerent. Quòd si malefactorum conscientia, quæ solet vexare impios, torqueret quenquam, sola fide, quæ in Deum est, se ab illa eripi dicebat: propterea quòd hæc meritis innixa Christi, qui moriens pro omnibus, suo illud sanguine omnibus acquisiuit, non modò veniam, atq; omnium impunitatem scelerum credètib; impetraret; sed eosdem etiam ex impijs iustos efficeret. Vnde

Fide

*Errores erga
impij iustificati-
onem.*

Eide quidem ipsis omnem ad promerendum operam nauante; neque spe, nisi ad augendam illam, neque charitate, nisi ad reddendam Deo pro accepto per fidem beneficio gratiam, sibi opus esse asserbant. Quemadmodum hæc, aliaque multa suis expressa Centurijs de Religione, quas nuper ediderant, certa & definita se habere referebant.

7 Hæc dum importunè, audacissimèque alumnis persuadere niterentur, accurrere Constantia & Perseuerantia, suisque accinctæ verbi Dei gladijs, quos à sanctissima verissime Catholicaque Religionis parente Ecclesia acceperant, in vniuersos grassatores impetum fecerunt. Atq; in primis Græcorum sapientia, eorumque vanissimo, ac multiplici Idolorum cultu, sapientissimam Apostolorum stultitiam opposuerunt, qua potentissimos Romanorum Imperatores cum suo Imperio, demolitis gentium Idolis, sub iugum Christi miserunt, & ad vnicum, verissimumque Dei cultum traduxerant. Necnon durissimæ Iudeorum perueniæ, ac legi, & oraculis, veriore intelligètiâ per Christum eorum filijs traditam, cuiusq; sanctissimæ legis Euangelicæ præcepta obiecerunt. Tandem in

*Gladius ex ar-
ma Ecclesie.*

*Græci, Iudei, et
Heretici quo pa-
cto fuerunt à Co-
stantia & Perse-
uerantia repul-
si.*

K 4 impios

impios Ecclesie desertores Hæreticos; sacrosancta tot Conciliorum in ipsos edita decreta immiserunt: quibus nullæ non hæreses ab initio Ecclesie ad hæc vsque tempora, cum earum auctoribus conuictæ, damnatæque fuere; atque hunc in modum confusos, cunctos ad vnum profligauerunt, neq; amplius ausi sunt alumnis occurrere. Verum ne ex praua illorum consuetudine, aliquid in teneros eorum animos obrepisset mali; quod eos fortasse suspensos, aut hæsitabundos teneret; curauit Cōstantia, dum reliquum iter gradatim conficiunt, vt persuasus in dicēdo Perseuerantia, vtriusque nomine, sermonem cum illis haberet aliquanto longiorem; vt res postularret; aut quantum daret iter; vt huius fastidium illius eloquentia minueret: quippe dici solet facundus comes pro vehiculo est. Sanè vt falsarum eiusmodi religionum, siue sectarum origine, & inuentoribus reiectis, concepta fortè prauam aliquam de illis opinionem stirpitus ab alumnorum mentibus conuelleret. Itaque eosdem vndique circumfusos, secumque gradientes, sic est allocuta.

Suspensos nunc ego vos, ac magis quam ante tristes, & cogitabundos contemplor, (alumni ama

ni amantissimi) vereorque subinde, ne ex consuetudine, quam cum falsis modò religionibus, earumque fautoribus habuistis, damnati quippiam erroris in vestras mentes irreperit, quod forsitan à vera Pietate deducere incipiat. Nec mirum, corrumpunt enim bonos mores (inquit Apostolus) colloquia praua. Quamobrem, vt illorum, præsertim Ethnicorum, præstigijs, atq; nugis, quibus in suis comminiscendis Dijs vsi sunt, occurramus; horumque figmentorum originem, non aliunde quam ab illusore cacodæmone, in perniciè humani generis ortam fuisse ostendamus; hæc à me selecta, atque in rem vestram elaborata dogmata excipietis; modò benignè, attenteque me audiat; quandoq; tamen non longior itinere fiet oratio: curaboque quâ diligenter, vt huius varietate, atque per pulchra multarum rerum expressione, illius labor, & longitudo temperentur. Quæ res toto orbe falsas genuit opiniones, erroresq; turbulentos, & antiles in humanum genus superstitiones induxit, hæc tota quidem ex odio & inuidentiâ communis eius hostis Satanæ conflata est, & ab ipso mundi exordio ab illo procurata. Nam quum

K 5 suis

Perseuerantia oratione longa hereticorum errores, unde orti fuerint detegit.

1. Cor. 15.

Satan causa, & origo omnium errorum mundi erga diuina.

suis infinitis prope sectatoribus, iustissimè fuit in Tartara deturbatus, tanta ex desperata venia correptus est malitia, & impietate, vt non malū pro malo; sed malum pro bono reddere, vel immerentibus, perpetua fuerit ei mens, & consilium. Nam odium & virus, quod in cœlestes sui expulsores spiritus exercere non potuit; in eorū cognatos in terra à Deo procreatos homines, proditorum more, euomere decreuit. Iamque ex socijs cœlo simul deiectis, ministros ac seductores designauit, qui per vniuersum orbē mortalibus vbiuis occurrerent: vt horum singulos quosque à vera Pietate, & Religione, quas in procul, sub ipso naturæ lumine prospiciebant, abducerent, eorumque in cœlum prohiberent ascensum; ne sedes, e quibus ipsi fuerant deturbati, pijs compleretur hominibus. Quamobrem captiōibus, varijsque ludibrijs à vero diuinorum cultu, tanquam a vera cœli via, eos conatus est auertere.

Idem quibus conatus est artibus naturæ lumen obtenebrare in hominibus.

Idem quibus conatus est artibus naturæ lumen obtenebrare in hominibus.

Seductis primis humani generis parentibus facte fuit eorū posterios in errore inducere.

Ac primum quidem, seductis primis humani generis parentibus, eorumque filijs, & posteritate in diuersas vias distractis, sic à vera vniuersos, deduxit; vt splendore falsa religionis obiecto, in futiles, anilesque imbecilli animi superstitiones,

tionēs, multiplice mque Idololatriam præcipites egerit. Nam cū humana natura diuinæ cognitionem vehementer expeteret: neque præ imbecillitate mentis, sub hac caliginosa mundi plaga versantis, infinitam ac non aspectabilem illius substantiam capere posset: cuperet tamen, aut ob sedandam, torquentem se, scelerum conscientiam, eorumque impunitatem impetrandam; aut ob vitæ, rerumque suarum incolumitatem, propitium aliquem habere Deum: occurrit ei Sathan, atque in ipso pulchro rerum, quo maxime afficiebatur homo, Deum contineri persuasit. Vnde facile suggessit mortalibus, vt vel vocibus, vel nominibus, vel animalibus, vel formis aureis, argenteis, vel platis, vel fluuijs, vel scaturiginibus aquarum, in horumque pulchritudine crederent totam inclusam esse diuinitatem. Haud aliter quam eis solēt cōtingere, qui in obscurissimo, teterrimoque carcere tenentur, metuque supplicij, inde eripi cupiant: ideoque quascunque audiūt voculas, seu per rimulas affulsisse quid luminis vident; aut suspensos ab alto funes attrectant, quos ad se extrahēdos demissos esse putant; singula tanquam prænuncia libertatis suæ instrumenta, diligentissime obseruat, subindeque

Idem Sathan Deum in omni pulchro rerum inesse, immò Deum esse persuasit mortalibus.

Simile.

indeque eisdem valde inhiant. Curauit igitur Satan, ut ea omnia & singula pulchra, prout cuique genti placitum erat, referrentur in diuina; eo consilio, ut quanto ardentius in hac extima, atque fucata gentes intenderent; tanto magis ab intimo, ac vero diuinitatis cultu aberrarent, indeque eidem ipsi Dæmoni, tacite impieque diuinitatem tribuerent.

10 Quin & simili, sed argutiore dolo, decepti ab illo plerique alij ex mortalibus, exortum & varietatem religionū cœlestibus syderibus acceptas retulerunt. Nam Mathematicarum artium, præsertim Astrologiæ studiosi, ad eas quas vocant magnas coniunctiones Planetarum omnem religionem referri maluerunt: ut Saturni, Iouis, Veneris, Martis, & Mercurij, quos non alio, quam antiquarum fabularum, atque Poëtarum testimonio, ex mortalibus in eiusmodi sydera conuersos reputarunt, eosque ut Deos, veneratione gentes fuerunt. Soli potissimum & Lunæ id summi honoris impertientes, ob eorum clariorē & apertiorē prædominantem vim rebus. Ideoque ipsos Deos esse, atque hæc omnia inferiora gubernare, ac vel cogere asseruerunt. E quibus (haud dubie) orta fuit Manichæorum liberum

Quo consilio Satan gentes ad hæc pulchra cœlestia pellexit.

Mathematici, & Astrologi ad inerrantium syderum contemplationem, omnem religionem retulerunt.

berum arbitrium tollentium hæresis; utique ab Astrologorum fata astruentium, disputationibus desumpta. Fuerunt autem huius scientiæ primi omnium auctores Chaldei, qui præ cæteris, post Aegyptios, sereno fruente cœlo, diuturna obseruatione syderum, scientiam hanc certam sibi effecisse putarunt, adeoque constantem, ut per eam prædici posse quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset, haud dubitanter crediderint. Tamen non defuerunt alij eiusdem artis peritiores, qui Chalceis in prædictione, & notatione cuiusque vitæ ex natali die, minimè credendum esse affirmarunt: propterea quod illi nulla alia sydera natalicia notarunt, quam quæ sunt iuncta Lunæ, cum sint præter hæc alia multa eiusmodi naturæ. Quin & alij nulla esse putarunt, aut si sint, incerta esse, & ignota dixerunt.

11 Quibus de causis Basilius magnus in Exameron inspectionem eiusmodi Astorum ad futurorum iudicium, occupatissimam dixit esse vanitatem; & Ambrosius inutilem, ac impossibilem; & Chrysostomus vanam, falsam, & ridiculam. Et Augustinus demum in Enchiridio, scienter simul & verè, ipsam temporum obseruationem,

Vnde Manichæorum liberū arbitrium tollentium hæresis ortum habuit.

Causæ errorū in Astrologiis.

Sancti Ecclesiæ Doctores ad futurorum iudicium Astrologiam scientiam fallacem esse dixerunt.

Basilius magnus, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus.

tionem, vt hæc fausta; illa infauſta putemus, ad magnum dixit pertinere peccatum. Quid? nõne ore ſuo Chriſtus Apoſtolorum curioſitatem exprobrauit? vt qui tempus ipſius aduentus præſcire cupientes, reſponſum tulerint. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momẽta, quæ pater poſuit in poteſtate ſua. Præterquam quòd eiſmodi prædictiones ſacris etiam literis fidem auctõritatemque non parum derogare videntur. Sic enim per Moſen, Deus Opti. Max. nos commõnuir, Gentes, inquit, augures & diuinos audiunt: tu autem à domino Deo tuo aliter eſt inſtitutus. Insuper Hieremias Propheta, A ſignis inquit, cœli nolite timere, quæ gẽtes timent. Deum Magiſter gentium Paulus ſcribens ad Galatas, ait, Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos; timeo vos, ne fortè ſine cauſa laborauerim. Significare idipſum viſus eſt M. Fullius vel Ethnicus, dicens, Di non cenſent eſſe inſcientis ſua præſignificare hominibus quæ ſunt futura. Et alibi, Sæpe ne vtile quidẽ eſt ſcire quòd futurum ſit; miſerum enim eſt nihil proficientem angere. Tandem (vt vno verbo dicam) vel ex hoc vno eiſmodi ſcientia dubia iudicanda eſt, quòd cum ea ſit cæteris longè antiquior,

A. 1.

Deutero. 18.

Hierem. 27.

Galat. 4.

Lib. de diuinat.

Lib. de natura

Qua de cauſa incertior eſt ad iudicandum Astrologia.

quior, fueritque cum omni ætate, ac tempore eidem à perquam multis eius ſtudioſis curioſiſſimè nauata vbi que opera: tum vehemens applicata occupatio; tamen quò magis vſitata, & quotidiana extitit, eò planè incertior eſt ad iudicandum inuenta.

12 Verum abſit, vt propterea, quæ à ſacris doctoribus, variſque diuinæ ſcripturæ locis improbari oſtendimus, atque in eos, qui diuinatoriam ex aſtris artem, tanquam certiffimam profiterentur, regerenda duximus, quicquam de Astro- rum virtute, & impreſſione in hæc inferiora detrahamus. Non enim ſancti negat ſingulis corporibus ſydereis ſingulas, aut vnicuique plures virtutes (quas cœlorum vocant) communicatas fuiſſe, ad proximas etiam cœleſtes, indeque ad elementorum, & terreſtres iuuandas. Ad quid enim omnipotens mundi opifex multitudinem ſtellarum (vt inquit Pſaltes) numerauit, & omnibus eis nomina impoſuit, quam vt præſto eſſent ad ſuas, quibus præſtat, virtutes, ſeu facultates alijs communicandas, ac imprimendas? Nam ſi infirma hæc mixta ſue concreta corporu ſcula, vt lapides, & ſtirpes, quæ à cœleſti ſede opificis infinito diſtāt, peculiari facultate aliqua

Derogare aliquid de certitudine artis Astrologiæ, nihil derogat de peculiari Astro- rum poteſtate & virtute.

Singula aſtra ſunt proprijs præſtant virtutibus & facultatibus, ad eas in inferiora hæc imprimendas. Pſalm. 146.

ab il

*Perpicua ratio
cur sydera om-
nia innumeris
prestant facul-
tibus.*

1. Cor. 15.

Psalm. 135.

*Vnde colligant
Astrologi astro-
rum alia esse for-
tunata, alia in-
felicia, alia de-
mum indifferen-
tia.*

ab illo imbuuntur, quibus opitulentur mortali-
bus; num simplicissima sydera, quæ tã valde ma-
gna, perlucida, & spaciola sunt, ac eidem coele-
sti sedi propinqua; vacua, otiosa, omniq̃ue desti-
tuta esse virtute & facultate fuit æquum? maxi-
mè verò cum sint ipsamet astra disparia inter se,
atque suis utiq; distincta gradibus. Nam si stel-
la (vt idẽ Paulus) ab stella differt in claritate, cur
tam immensum corpus syderis, non alia, atque
alia facultate imprimi, & ab alio differre sydere
credemus? Qui enim dedit Soli vt præesset diei,
Lunæ verò & stellis vt præesset nocti, an sola
iplos præluçendi facultate, ac non potius varias
ex elementis eliciendi formas, atque in diuersas
mutandi, potestate donauit? Alioqui profectò,
cum non aliunde, quàm à Sole sydera splendore
accipiant, inuilia omnino essent, ac non aliud,
quàm mortua quædã cœlo fixa corpora haberẽ-
tur. Quin potius ex ea facultatũ diuersitate, vs-
que adeo cum opponi sibi illa inuicem; tum con-
traria inter se esse consequitur; vt ex huius ratio-
ne diuersitatis, atque impressionum varietate,
Astrologi quoque colligant, immò fateri cogã-
tu, astrorum alia fortunata esse, alia infelicia, a-
lia demum indifferente siue indifferentia; ea que in
domi-

domibus, vel in ascendente, se mutuò respicere,
ac etiam tranuersa fieri; quin & in transitu se in-
uicem impedire, & facultatibus mutuò quasi ex-
poliare consentiunt: Quamobrem cum innu-
merabilia sint quidem ea sydera, ex ijsque tam
pauca Astrologis nota fiant, verendum est, ne
aberrandi magis, quàm vera predicendi occasio
sint eiusmodi artis studiosis. Tametsi non nega-
mus ab eis, magistra arte, prædici posse multa,
non tamen omnia; nec qualiacunque velint.
Hæc enim soli Deo aperta sunt. Vnde concludi
oportet, non alium, quàm eum, qui creauit om-
nia decere scire omnia, ac tam præterita, quàm
futura, sibi facere præsentia.

13 Verum enim uerò, ut eò vnde diuertimus, re-
deamus; atque eiusdem Satanæ dolos & machi-
nas omnes retegamus; compertum habemus,
ab ea ipsa, quàm iidem Astrologi Magiæ clauẽ
appellant, superstitiones ferè omnes, atque er-
rores circa diuina fuisse ortos; necnon & Geo-
mantia, & Necromantia, ac etiam Chiroman-
tia, & sortium inueta, ab ipsomet seductore Dx-
mone prodijisse. Quin etiam amphibologica o-
ratorum Pythiæ, & Apollinis olim responsa,
meras quoque nugas fuisse: in quibus eiusdem

*Ex tot innume-
rabilibus astris
quam paucissi-
ma nota sunt A-
strologis.*

*Astrologi per
artem prædici-
re multa possunt,
non tamen om-
nia, nec qualia-
cunque.*

*Soli Deo qui cre-
auit omnia con-
uenit scire om-
nia.*

*Magiæ clauis
ex qua multa er-
gi diuina super-
stitiones ortæ
fuerunt.*

*Oraculorum Py-
thiæ & Apollin-
is responsa.*

L Sata

ad eruditionem modo vestram, sed etiam ad æternæ salutis consecutionem, fuit omnibus communicatum: Ijs præsertim, qui suis myrothecis virtutum, non solum diuinarum, vt Fidei, Spei, & Charitatis; verùm humanarum quoque, vt Prudentiæ, Temperantiæ, Fortitudinis, & Iustitiæ (has reliquas in se virtutes continere ostendimus) illud exceperint, excoluerint, maximoq; cum studio, & quasi fœnore prouexerint. Nā

Quid sobriè uiuere sit.

Quid iustè.

Quid piè.

quid aliud, obsecro, sobriè uiuere est, quàm temperanter, prudenterq; se gerere? Quid iustè? quàm mori potius fortiter, quàm iniustè agerè? Quid demum piè? quàm constanter pietatem omni ex parte colere? Hæc namque sunt diuinitus huic seculo, ac vobis communicata munia, tanquam instrumēta, quibus sit, vt opera vestra bona, quæ præparauit Deus, vt in eis ambuletis, recta vos ad beatam illam, quam expectatis spè deducant, qua (vt inquit Paulus), cum salui facti estis, tum gloriosissimo eiusdem Seruatoris aduentu iam frui incipitis. Nam si summum eius

Roma, 8.

Summum Christi opus erga humanum genus fructu eiusdem operis fuit conuulsum.

opus fuit, se pro hominibus obtulisse; tamen oblationis fructus (qui fuit ipsos redemisse; ac nō redemisse modo, sed redemptos ad optasse in filios, & in maxima sui gratia posse) tantus

fuit;

fuit; vt nullus quidem vberior esse possit, neq; vlla ei ex parte cōparari. Vnde necesse est, vt quo magis gratos & acceptos vos sibi Christus reddidit; eo magis sectatores, factoresq; bonorum operum efficiamini, eiq; vos, vestraq; omnia consecretis. Cū igitur hæc omnia sub vna verissima Christiana Pietate comprehensa habeatis; oportet vt reliquas mundi sectas & religiones, tanquam peruersas & impias à vobis omnino arceatis, atque ad ipsam pietatem, cuius caput ac fundamentum est sancta religio, constanter accedatis. Quòd si tandem vos vrgent ea, quæ extrema oratione impij Ecclesiæ deserto res in spem, & charitatem, tanquam inutiles ad merendū virtutes, regerebant; soli fidei sine operibus, cum meritum omne, tum quancumque impij iustificationem tribuentes; hæc licet absurda sint, atque nefanda, tamen in domum Pietatis, ad ipsamet virtutes, quarum interest, confutanda, atque omni demum ex parte diluēda reijcimus.

15 Hæc dicente Perseuerantia; cū iam Pietatis ædibus omnes appropinquarent: ecce de repente duas opulentas matronas obuias habuerunt, specie quidem & ornatu religiosissimas,

L 3

re au-

Epilogus orationis Perseuerantia.

re autem impias, satisque fallaces. Quarum altera simulatio, siue Hypocrisis, veræ ac simplicis pietatis ficta atque simulata imitatrix; altera superstitio, religionis quoddam quasi recrementum, siue exuperantia. Ambæ Pietatis, atque Religionis negotijs semper immixtæ, ac sese per simulationem, in eorundem familiaritatē vsque adeo insinuare, ac speciem mentiri solitæ, vt veras sepe referrent. Cùm igitur in occulto se continuissent, quoad Constantia, & Perseuerantia præterissent, statim se postremo agmini ingesserunt; alumnorum animos corrumpere, suisque commentitijs ratiunculis, atque phaleris seduce reincipientes. Sed quia nihil simulatum potest esse diuturnum, emissa protinus post eas è medijs Religionis penetralibus nuda veritas, quæ latere nescit, atque in ipsas irruens; cum Hypocrisim, relecto fuce, atque nudato fraudandi proposito, è medio sustulit: tum superstitutionem tanquam superuacaneam abrasit; eiisque perstas, consentaneasque Religionis ceremonias, modum imposuit: demum alumnos à perniciosissima illarum societate & contagione eripuit. Quibus recedentibus, nulloque alio impedimento interposito, ad sacram Pietatis eadem deuenerunt.

Hypocrisis, & superstitio alumnis occurrunt, quas fugat nuda veritas.

runt. Verum alumni, quos mira eius ædistanquam peramplæ, magnificentissimæque cuiusdam basilicæ expectatio tenebat; cùm primum eam procul conspicati fuerunt, ac nullas præcellas turre muro eminere, nulla intus elata peristyla, neque laqueata tecta (vtpotè cuius cœlū pro tecto, ac sudum semper est) apparere viderunt: quinimò humiles casas, & quasi tuguria, tantummodò ad recipiendos peregrinos in atrio dispersa esse audientes; mirari quidem, & vehementer cœperunt; indeque planè collegerunt, Pietatem humilia respicere, alta, diuino more, longe posthabere.

16 Itaque accedentibus alumnis, nulli fuit in atrium ascensus prohibitus, quominus possent tres illos (de quibus antea diximus) Pietatis gradus, iuuante Constantia, scãdere. Nam superata fortuna, profligatisque tribus iam dictis infensissimis humani generis hostibus, auaritia, abdomine, & inani gloria: necnon falsis amandatis à se religionibus, quàm non Pietatis atque Religionis ædem credendum est illos potuisse conscendere? Quare de ipsorum aduentu certior facta Pietas, quæ tum vna cum Fide, Spe, & Charitate in penetralibus cum religione erant, foras exijt,

L 4 atque

Alumni mirantur humilitatē domus Pietatis.

Cur alumnis nõ fuit prohibitus ascensus ad Pietatem.

Pietas cum Fide Spe, & Charitate Constantiæ, & alumnis obuiam exierunt.

atque Constantiz cum maximo officiosissima-
rum grege virtutum, obuiam processit, eamque
suauissimè amplexata est: ac quòd vnà cum so-
rore Perseuerantia rediisset, vtrique gratias im-
mensas egit; perseuerantiz potissimum, cui se,
suaque omnia debere passa est. Vnde ad Reli-
gionem intromissa ambæ sorores honorificetis-
simo fuere ab illa hospitio excepte: necnon &
de alumnis summa etiam cura habita. Nam po-
stquam eorum pedes, iuueniles scilicet affectus,
blanda quadam admonitione lauari; deinde sa-
cra Exhomologesi sordes animi purgari, atque
diuina tandem Eucharistia ipsorum vires refici
curauit Pietas, in sua quenque munia & pèsa di-
stribuere cogitauit. Quin etiã Peregrini, qui si-
mul conuenerant, vt primũ corpora recreassent,
& sacra quædam fecissent, antequam ad Religio-
nem ingredi liceret, in varia quoque fuere Pie-
tatis officia diuisi. Neque enim in tanta eorum
frequentia & concursu, vllum ibi otium, non læ-
guorem, nõ desidiã, aut cessationem permit-
ti, sed in continua, multiplicique ptorum ope-
rum exercitatione cunctos versari, necesse erat.
Præerant autem tribus Pietatis atrijs diuinæ tres
ille virtutes, quas supra Theologales vocauimus;
primo

Constantia, &
Perseuerantia ad
Religionis pe-
ntralia intro-
missæ fuerunt.

Alumni quoque
suo fuerunt ex-
cepti.

Descriptio do-
mus Pietatis &
eorum que in ea
aguntur.

primo quidem Fides, secundo Spes, tertio Cha-
ritas, quæ olim designabantur per illos tres ordi-
nes lapidum politorum, qui in interiori templi ^{3. Reg. 6.}
atrio visebantur. Nempe vt quisque templum,
ac Religionem ingrediens, dignosceret, quo-
modo credere, quid sperare, quid tandem ama-
re deberet. At interim Perseuerantia memor eo-
rum, quæ hæretici in calce sui sermonis. cõtra Fi-
dem, Spem, & Charitatem alumnis suggererãt,
eaque ab eorum mētibus cupiens conuellere pe-
nitus, Pietati, ipsiisque diuinis virtutibus, illorũ
pessima atque venenata dicta retulit. In quibus
cũ tam valde absurda, atque impia essent, quæ
Fidei præter modum deferebantur, quàm quæ
rursum de Spe, & Charitate detrahebantur; ic-
circo singulas præcata est, vt in sermonibus,
quos ad instruendos alumnos habituræ essent,
vnaquæque cũ improbaret; tum detestatione il-
lorum dicta desertorum refelleret. Cui cũ an-
nuissent, in sua se atria receperunt.

17 Cũ igitur Pietas sacre Fidei, quæ primo a-
trio præsidebat, erudiendos, atque initiandos
alumnos tradidisset: ac potissimum de impro-
bandis, redarguendisque desertorum hæretico-
rum sophismatis, quibus in illos vti fuerant, curã

Fides quæ pri-
mo atrio præsi-
debat, se ad dis-
cendum præpa-
rat.

L 5 inie-

iniecisset; assensit ei Fides, se que ad dicendum præparauit. Erat autem ipsa, vt eius facies indicabat, matrona quædam grauis, candida induta veste, stans quidem firmissimo innixa saxo, quamuis vt sibi magis caueret, non longè à præcipitio sita, lusca etiam, atque oculis ferè captas nisi quod ænigmaticis (vt sensit Paulus) quibusdam conspicijs multa procul videbat, ac cœlū vsque penetrabat. Ad hæc sinistra manu, quæ sedatior est, magis que consistens, calicem cum sacrata hostia gestabat, in quem oculos mirè defixos habebat: dextera verò clauem, qua ianuam, scilicet verè credentibus aperiebat, nullis autem nisi incredulis, ac desperantibus claudebat. Sed interim, eiusdem melius describendę gratia, nō ab re fore puto, si humanæ quoque fidei effigiē, quæ diuinam quodāmodo adumbrat; qualis in Romanorum olim nomismatis impressa inuenitur, eiusque interpretationē figuræ, hic attexuerimus: quoniam hæc suo quoque mysterio consistat. Dux igitur dextræ se inuicem apprehendentes, Fidem exprimebant, vt Virgilij Hemistichio ostenditur. *Accipe, daque Fidem.* Et alibi. *Iunximus hospitio dexteras.* Necnon, vt innuit Cicerō in Antonium, *Dextre, quæ Fidei testes esse so-*

Descriptio figuræ & habitudinis sacrę fidei.

1. Cor. 13.

Descriptio huius inæ fidei, quæ in Romano-rū olim nomismatis impressa inuenitur.

se solebant, perfidia sunt, & scelere violatæ. Hæc autem caduceum vnà cum fasciculo florum, & spicarum tenebant; quibus fructus ex fide, pacis, & concordia proueniens ostendebatur. Tãetsi in nomismatis Heliogabali Imperatoris, Fides fœminæ sedentis speciem præsefererat; quæ altera manu Turturem auiculam perpetua sua viduitate ac solitudine compari fidem seruantē: altera bacillos, quibus militum fides significabatur, gestabat. De qua Horatius.

Et Fides albo velata panno.

Est enim candor eius quasi insigne; quòd mentem, qua fides datur, candidam, non obscuram esse oporteat. Ac rursus Virgilius eandem, *ca-* Fides quot, quæ
tisq; modis cum
Constantia com
ueniat. *nam fidem* vocat; vt eius constantem maturitatē senilem, longè à iuuenili mutabilitate abesse mōstraret. In hisce ergo dextris Fides omnem vim suam collocabat, & sacratam quandam concionem ex eis constituebat; in quam veritas, fortitudo, animique firmitas, ac demum factorum simul & dictorum Constantia, ad eiusdem protegendam vim Fidei, conueniebant. De qua hi- Fides historica, *storica, siue humana fide, non est instituti nostri* Fides diuina, *nūc dicere, sed de diuina, prout donum Dei est, atque salutis, iustificationis que vestræ instrumētum est.*

tum efficitur. Hæc igitur, obsecrâte Pietate, suggestum ascendens, magnoque ad eam ex tribus Atrijs peregrinorum concursu facto, ipsis etiam spe, & charitate procul auscultâtibus, huiusmodi ad alumnos verba facit.

18

Concio Fidei ad alumnos.

Peræquum est (alumni fidissimi) vt quibus olim in arce Constantiæ natis, Ego, meæque Spes, & Charitas sorores, simul ac Christo nomen dedistis, demissæ cœlitus ad fuimus: quosque sanctissimæ Trinitatis signo obsignatos reliquimus, beneuolè nunc excipiam; iamque corona laurea, iustoque triumpho dignos vos esse iudicem ex eo, quod pijs, optimisque imbuti moribus, vt primum se vobis campus obtulit, in quo vestra excurrere, cognoscique posset virtus; nō per contemptam modò Fortunam, sed per calcatas falsas religiones, ad hanc Pietatis ædem incolumes peruenistis. Non enim summa gloria (qui est fructus veræ virtutis) carere debent, qui virtute plurimum præstiterunt; atque in ea cōseruanda, vitijisque propulsandis, adeò fortes, atque constantes fuerunt, vt à Perseuerantia inclyta, & hæroica virtute nunquam pedem retulerint. Vnde sicut oleaster oliuæ insertus multo meliorem fert fructum; sic ex tam præclaro vestrarum

simile.

strarum quasi proœmio & prolusione virtutum, quas hactenus mirè excoluistis; profiteri ausim, easdem, cum primùm Christiana cum Pietate committæ fuerint, non heroicas modò, sed diuinas euasuras; ac, me quidem procurante, diuinitatem ipsam præmium habituras. Nam perinde vt quæ salienda sunt, sine sale minimè palato satisfaciunt; ita sine me vtique, nō modò placere Deo non potestis; sed neque orare ipsum, neque ab eo exaudiri. Quomodo enim (vt Paulus ait) inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo sapient, ac intelligent Deum, qui nec bonum eius verbum degustauerunt? Cum enim fides ex auditu sit, & per verbum auditus, necesse est auditione fidem erigi ad concipiendum verbum salutis, ipsumque, cum firma in Deum animi confusione occatum, tum diuina irrigatum gratia, & miseratione, iustificationem ferre tanquam fructum. De qua iustificatione (qua videlicet homo per fidem, & non ex operibus legis, secundum Apostolum, ex impio fieri possit iustus) quoniam ingens, atque immensus, sese offert ad dicendum campus; ac neque pro vestro adhuc rudicaptu, atque imbecillitate ætatis, tot capere mysteria potestis: ea duntaxat explana.

Sine fide placere Deo nemo potest.

Roma. 10.

Roma. 3.

*Desertorum: fig-
menta de iusti-
ficatione impij.*

planabimus, quæ necessaria sunt, ut quibus ad desertorum figmenta, quæ ad veram iustificationem infirmam vobis obiter obiecta fuere, improbanda occurratis. Audio enim eos, id sibi falso persuadere; quoties scelerum, atque malefactorum conscientia urget, non alio quasi eleboro per purgare se, ad luorum tanquam sentinam malorum exhauriendam, quam sola fide in Deum; atque hac vna, non modo illorum veniam & impunitatem mereri; sed ex impijs subito iustos apud Deum se fieri pro certo putant. Ideoque ubi sit fides, satis ibi esse ad iustificationem complendam, aiunt, operibus autem, se minime indigere; ac proinde charitatem, quæ sine operibus esse non potest, eisdem superuacaneam videri; vel ex eo maxime, quod cum suam ipsi fidem merito Christi, qui pro omnibus mortuus est, innixam habeant, sufficere id asserunt, ad delictorum omnium veniam impetrandam.

19
*Cur desertores
Fidei tantum de-
ferant; Spei au-
tem & Charitati
plus derogent.*

Sed huic ineptæ, ac perquam falsæ & iniquæ animi persuasioni, qua perfidi desertores sanctæ Fidei nomine impudentissimè abuti solent, atque Charitatem, quod operosa, & actiuosa sit virtus, tantopere ab se abijcere, per falsè occurri poterit egregio illo Poetæ disticho.

Quæ-

*Queritur Aegistus quare sit factus adulter:
In promptu causa est, desidiosus erat.*

Eò quippe desidiaz ac inertiaz illorum mens & cogitatio deductæ sunt; ut cum primùm ab eis piorum operum vacatio, subindeque otium & dissolutio, sub Euangelij noui prætextu, promulgata fuerunt; atque solius fidei retento titulo, ad cohonestanda illa, verbum Dei adulterantes, in sophismata conuerterunt: mirum, quot miseræ popularium mentes cõturbarunt, easque in suâ pertrahentes sententiam, ex credulorum turba surreptas orco demiserunt. Quod enim ipsi hanc vnam desidiam potissimam habuerint aberrandi, adeoque in errore persistendi causam, argumento sunt, cum eorum continuum in Apostolicos Ecclesie Romanæ ritus, & ceremonias odium & indignatio; tum suis in sectis, ad paucissimas quoque ceremonias (quæ neque cum interiori lege mentis, neque cum veræ fidei iustitia conueniunt) ab ipsis facta contractio. Quomagus compertum est eos, dum fidem nostram ad sui iustificationem implorant, atque à Charitate & Spe omnino separandam censent, eò longius à vera digredi iustificatione. Tam enim illæ sunt Fidei consortes, adeoque ad iustificationem pri-

Potissima aberrandi, atque in errore persistendi causa, quæ sit.

Charitas et Spes à vera fide minime separantur in iustificatione.

*Fides à fide di-
stinguenda.*

*Quam sit man-
ca & informis
fides, quæ à cha-
ritate separa-
tur.*

Iaco. 2.

*Fides inutilis
quæ sit.*

nem primam (vt ostendemus) vtilis, & necessa-
riæ; vt separari à sese non possint. Verùm hæc
multo apertiora fient vobis, si primum fidem, à
fide, tanquam perfectum ab inchoato discreue-
rimus. Non enim sic sum nominis mei studio-
sa, vt cogitem eam esse idoneam fidem ad iustifi-
candum, quæ communis sit etiam cum impijs in
impietate remanētibus hominibus; qui etsi ver-
bis fatentur se nosse Deum, factis tamen negāt.
Hæc enim fides tametsi speciale donum est, ta-
men quia longè abest à charitate, manca pror-
sus, atque informis habetur. Quam etiam, pro-
pterea quod nullis fulcitur operibus, quæ sapiant
pœnitētiam, siue ante, siue post iustificationem,
rectè mortuam esse perhibet Iacobus Apосто-
lus. Nec dubium ipsos quoque desertores quā-
diu sua in heresi persistunt, non aliam posse ap-
prehendere; tantum abest, vt per eam iustifica-
ri possint. Nam vel hoc solo nomine (quicquid
appingant) merito Christi iuuari illa nō potest,
quod nullo cum affectu, neque desiderio remis-
sionis peccatorum, ac neque cum Charitate cō-
iuncta sit.

20 Quamobrem eam omnino fidem amplexan-
dam ad iustificationem intelligo, quæ integra,
& sin-

& sincera est, qua propriè in Deū creditur; quāq;
Apostolus, Hebræorum quinto, fiduciam mise-
ricordiæ, & gratiæ Dei; Theologi verò fidem vi-
uam, seu fidem gratiæ appellant. Quæ tamen, vt
verum agat iustificationis opus, nec ab Spe, nec
à Charitate separatur. Frustra enim crederetis
esse Deum, & esse Deum vnum; nisi sic creda-
tis Deum esse, vt illi accepta omnia referatis. Id,
quod neq; perfectè adimplebitis, nisi Fidei Cha-
ritatem adiungatis; vt pijs postea operibus, tan-
quam Charitatis fructibus, attestemini, & quod
credatis, & quod ametis. Sed me magis mouet,
vt asseram, ipsam fidem iustificantem, vel hoc v-
no sine Charitate esse non posse: quod neque iu-
stificatio sine reciproca potest Charitate consi-
stere. Nam qui, quælo, fiet, vt Dei Caritas, quæ
summa est iustificationis causa, diffundatur per
Spiritus sanctum in corda iustificandorum: ni-
si in vnoquoque ipsorum suum quoque Charita-
tis vas sit ad excipiendā illam præparatum? Vt
enim ignis ab igne cōcipitur, sic à diuina Chari-
tate mentis Caritas accēditur: perque illam ad-
credendum inflammatur homo, alioqui profe-
ctò frigeret Fides, atque vt frigore, vt Poëta in-
quit, soluantur membra; sic deficiente Charita-

*Quæ sit vera fi-
des ad iustifican-
dum.
Hebræ. 5.*

*Frustra credi-
tur esse Deus, et
Deus vnus, nisi
credenti in eum
adiungatur Cha-
ritas.*

*Iustificatio sine
reciproca Cha-
ritate esse non
potest.*

M tis ar-

Deficiente Charitate ardore, si geret Fides, et Spes superet.
Galat. 5.

Deficiente Charitate ardore, Spes etiam stuperet. Nam Fides, quam in Deum itur, auctore Augustino, nimirum ea ipsa est, quam Paulus describens ait, Fides, quæ per Charitatem operatur.

21 Vnde nec vacat Fides suis iustitiarum operibus: quæ (vt mox dicemus) à Charitate fouentur. Ac si Fides inde dicta est, quia credēs fidit ei, in quæ credit; & quia fiet quod dictum est; quid non ab ea sperabit? quam non Spem sumet, si viderit Spem suam operibus comprobari? Ex quibus planè liquet, desertores ipsos vanissimas, atque inanissimas quæque vobis obtrudere voluisse, quoniam non alia de causa, quam vt Charitatem effugiant, propterea quod hæc actiuosa sit, nimirumque operosa virtus, soli suæ fidei, tanquam defidii, & ignauarum suorum omnium impunitatem delictorum acceptam ferre malunt. Quamobrem Fidem à Charitate separantes, nullis neque veræ perfectæque Fidei, neque Charitatis operibus operam esse dandam contendunt: sanè vt multo licentius inertem, atque Epicuream vitam agant. Vnde neque elabi possunt, quin suis detortis interpretationibus in illud tandem impingant, quod ab Apostolo dictum est, Arbitramur iustificari hominē per fidem sine operibus

Fides non uacat suis iustitiarum operibus.
Fidei Etymon.

Inanissima desertorum thess.

Rom. 8.

ribus legis. Is enim lapis est in quo, cum in tenebris ambulent, tam miserè offendunt, vt quæ fuerat data illis tanquam rupes firmissima, atque immane saxum, ad sese tutius erigendum, cesserit ad precipitandum. Cuius rei gratia, duos illos Apostoli locos, quibus iustificationem, nunc per fidem, ac non ex operibus: nunc ex operibus, ac non ex fide tantum, effici asserit (nec tamen sibi ipse repugnat) explanemus oportet; vt subinde totum omnis de medio tollatur dubitatio; tum desertorum malè contorta sophismata in eosdem retorqueatis. Quæ vt fiant vobis euidentiora, modum, siue progressionem, per quam ex impio itur in iustum, hic apponemus. Sumentes in primis initium ab eo, quod mens hominis excitata diuinitus, cognita per legem peccatorum suorum atrocitate, indeque timore pœnarum, atque stimulante conscientia cōpuncta quodammodo, in repromissionem Euangelij, qua sibi peccata gratis propter Christum remitti intellexit, Spem omnem collocat: iamque huic innixa fiduciarum, ad credendum erecta, Deum ad ignoscendum sibi, non sine Deo, immò eius dono gratiarum adiuta, toto corde inuocat, ac quærit. Cui protinus occurrēs ille, à quo fuit excitata, qui semper stat ad

Lapis offensio- nis siue precipitium desertorū.

Modus siue progressio ad iustificationem.

Apoc. 9.

ostium vt pulsanti aperiatur, quærentem simul & credentem Spiritu sancto donat, Charitatē que suam in cor eius diffundit; quo sua quoque Charitate illam reuerenter excipiente, renouatur eius voluntas, atque ex ipsomet dono Dei, in ipso iustificato vita noua inchoatur. Verum hæc omnia vsque adeo ex mera Dei miserantissimæ liberalitate & gratia effluxere, vt nihil eorum, que iustificationem præcurrunt, siue fides, siue conatus, siue opera, nõ legis modò, sed que fidei esse dicuntur, ipsam iustificationis gratiam commenerint. Quæ enim ex mera gratia effluunt, atque vni soli Christi merito innituntur, nullo quidem pacto operibus tribuenda sunt: alioqui, (vt ait Apostolus) gratia non esset gratia. Neque enim iustificatus meritum vllum, sed vmbra quandam quasi meriti (vt vocant de congruo) habet ante iustificationem, ex eo, quia diuinæ aduenti misericordie non repugnauit, sed credidit, sed consensit, desinit de commissis, cœpit temperare à malitia, elemosynas erogauit, sitiuit iustitiam, & alia, que tametsi ex dono Dei sunt; tamē ad differentiam operum legis, opera Iustitiæ fidei dici possunt. Nam sua quoque inter iustificationem & iustificatum interest ex gratia & promissione

Soli Deo tanquam causse, secluso omni humano merito, iustificationis gratia accepta referenda est.

Roma. vi.

Meritum de congruo.

Opera iustitiæ fidei distincta ab operibus legis.

sione iustificantis orta iustitia: quæ tanta est, vt etiam finitum cum infinito quodammodo (vt dicemus) conuenire faciat, humanum scilicet meritum cum diuino præmio.

Iustitia que est gratia & promissione iustificantis oritur quanta sit.

22. Cuiusmodi vobis exemplum proferam (ludicra in re licet) mea quidem sententia, captui vestro satis accommodatum, quo breui hanc fidei & meritorum Iustitiam planissimè intelligetis. Quemadmodum si quis paterfamilias ex Charitate & indulgentia, quibus filiū adhuc puerulum prosequitur; vt dociliorem, sibiq; obsequentio rem reddat, non grauatur aliquando ad ludum latruncolorum (qui non tam sorte, quam arte constat) prouocare: ei que non solum nummos ad ludendum erogat, sed artem quoque tradit; nec non laqueos, in quos ex lege ludi potest incidere, quibusq; modis vitare illos, & ad suū compendium redigere puer valeat, eidem accurate præmonstrat. Quin suis quoque manibus pueruli digitos apprehendens, ad exercendam lusionem accommodat: ac tandē, modo ludat, non solum commodatam pecuniam, sed quicquid ex ludo lucri aduenerit, totum se ei elargiturum promittit. Vnde nummis pro utroque à patre; obedientia verò & consensione ad ludē-

Exemplum factis accommodatum ex re ludicralicet, ad intelligendam fidei & meritorum iustitiam.

dum à filio, pro deposito oblati: vbi hunc vicisse, atq; lucrum ex ludo reportasse contigerit; num quia & deposita, & quaesita pecunia à patre donatus fuit, atque ipsa ludendi arte ab eodem instructus; sua tamen, cum vicerit, victoriae laude carere debuit? Aut potius ex paterno promisso, quicquid ex ludo retulit, nonne in suo iusto lucro posuit, atque iuste commeruit? Vniusmodi ergo se habet diuina fidei iustitia, siue summus ille coelestis pater in impijs iustificandis, dum hos tanquam filios ad sempiternam expetendam, & in lucro ponendam vitam prouocat: ac non modo motum bonum ad id, & quasi occultum gratiae ignem, tanquam iustificationis instrumentum, ad conuersionem inspirat: sed suggerit etiam ipsam conuersionis artem, iterque ipsis ad progrediendum aperit, ac ne à recto discedant tramite, eorum quoque pedes in pacis, atque salutis viam dirigit: quin, ne ab incepto desistant, non modo se viae comitem, ac ducem exhibet; sed immensa eis bona ex gratia, & liberalitate sua

Quo pacto ex Evangelico promisso, se Christus iustificatis debitorem constituat. promittit. Quò fit, vt ex eius Euangelico promisso, reposcente iustitia, ad promissa praestanda, & tanquam mercedem operis exsoluendam, se illis Christus debitorem constituat. Accedit, quòd

quòd si in finem vsque perseuerauerint, non tantum praesentem gratiam, sed quicquid ex merito passionis Christi potest illis accrescere, idem ipse pater condonet. Verumenim, etsi velle & perficere bonum, opus Dei est, ideoque & velle poenitere, & velle resipiscere, ac remissionem peccatorum velle accipere, non est à sola voluntate vestra, sed illud vobiscum operatur Deus: tamen quia ipse non iustificat nisi volentem & acceptantem; iecircò voluntas vestra Deo iustificanti accedens, Dei iustitiam per fidem accipit. Vnde quia haec non fiunt sine voluntatis vestrae assensu; ex gratuita liberalitate & dono Dei in vobis inchoat meritum, pro quo reposita est vobis corona iustitiae, per quam iustum est, vt reddat, quod resipiscentibus promissit; non quidem ex debito, sed ex gratia. Vt enim à diuina gratia inchoant haec omnia; ita in eandem desinunt, nec tamen à suo merito (quo dictum est ordine & pacto) iustificatum excludunt.

23 Ex quibus conficitur, vt eiusmodi iustificatione, quam sequitur, tum peccatorum remissio, tum interioris voluntatis renouatio, quibus non solum Adam vetus homo eiectus est; sed nouus, hoc est, Christus intromissus, verissima fiat

M 4 ^{supra}

Quomodo iustificatio conficitur non sine voluntate & assensu iustificati.

Quid corona iustitiae.
2. Titum. 4.

superior Apostoli sententia arbitrantis hominē iustificari per fidem gratis, & non ex operibus legis, eatenus sumptis scilicet, quatenus sine Spiritu sancto in vobis, seu per vos fiunt. Quae de causa Christus Phariseis ex legis operibus tumulentibus, & gloriantibus apertè contestatus fuit, meretrices, & peccatores fore illis antegressuros in Regno Dei. Vt planè hinc colligatis iustificationem nulla opera legis antecedentia requirere: Veruntamen vt altius rem omnem in animis vestris imprimatis, aptissimum exemplar vobis ante oculos ponam, quale in persancto Latrone Dima, eiusque conuersione, tanquam in speculo ad viuum cōtemplari possitis: vtpotè quem nulla opera legis bona fecisse, sed multa quidē mala, propter quae damnatus fuit, commisisse credendum est. Verum eius tam efficax fides fuit, credentis, quòd in homine deriso, atque vna secum ad ignominiosam mortem damnato, iam iamque extrema passo, ac morituro, inclusa esset omnis diuinitas; vt eiusmodi fide per gratiam praeuenientem animatus, Latronem alterum, culpæ, atque damnationis socium Christo exprobrantem, non modo reprehenderit, asserens illum esse iustum, patique iniuste: verum

Iustificatio nulla opera legis antecedentia requirit, ut exemplo meretricum, & peccatorum ostendit Christus, improbandum Pharisaeorum sese gloriantium ex operibus legis. Matth. 21. Probantur superiora exemplo etiam persancti Latronis Dima.

rūm ad eundem conuersus, tanquam salutis auctorem, se totum ei commēdauerit; æternumque Regem gloriæ confessus fuerit: quin & rogauerit, vt cum primum in suum ipse Regnum perueniret, sui reminisceretur. Quae tametsi non paruum in Dima meriti rationem habere videbantur, ad eius tamen iustificationem nullum plane contulerunt. Poterant enim ea omnia materiam tantummodo ad iustificandum ipsum disponere, atque ex dono Dei, Dimam ad suscipiendam iustificationem, quibus dictū est modo & ordine, prae parare; ac mereri tandem, vt per fidem iustificari posset ipse; non tamen vt iustificaretur, nisi per gratiam miserentis, atque iustificantis Christi. Ex quibus constat apertissimè, nos priori Apostoli loco, quo asserit iustificationem per fidem, atque gratis fieri sine operibus legitis, (tametsi hac longiorem orationem desiderant) summam per soluisse hactenus: posteriori verò, quòd scilicet ex operibus, ac non ex fide tantum fiat illa, minimè; sed Charitati sorori differendum illum, explorandumque relinquimus. Eius enim interest, iustificationem non solum fide, sed operibus sustentare; atque iam factum iustum amplius iustificare.

Mereri potuit Dima ut per fidem iustificari posset, non tamen ut iustificaretur, nisi per gratiam miserentis, atque iustificantis Christi.

Posterior Apostoli locus, quod non ex fide tantum fiat iustificatio, ad Charitatem reijcitur declarandus.

M 5

Hæc

24 Hæc autē iccirco de me dixi vobis, vt defertorum commenta, non modò procul abijciatis: sed vt minuatis timorem, ac neque animo concidatis, quoties in impietatem quamlibet maximam incideritis: neque desperetis propterea quod tam immensum adeo quæ tetrum inter vos & Deum, peccato auctore, firmatum esse odij chaos agnoscatis; sic vt neq; modum, quo peruenire ad illum, neque meritum, quo in gratiam cum eo redire possitis habeatis. Me etenim vobis, non solum ad vtrumque recuperandum munus promptam, propitiamque semper inuenietis: verum etiã (modo toto pectore ac visceribus ad Deum conuerti proponatis) per mediũ profecto chaos vobis lumẽ præferam, quoad rectã ad eandem recuperandam fidei iustitiam, tanquam stolam primam, gratis reducamini. Dum tamen operibus Pietatis, qualia hic persanctè exerceri videtis; & sine quibus mortuam esse perhibent, quamprimum omnem vestram operam & studium impendatis. Sed quoniam me mortua in vobis, necesse est vestra quoque acta omnia mori, ac deficere, cœlestique subinde, ac sempiterna priuari vita; ea vos præmuniri Constantia, ac persuaderi fide oportet; vt quoties op-

Exhortatio si-
dei expectan-
tia iustificatio
ment.

Opera Pietatis
necessaria ad su-
stantandam, et
prouehendam
iustificationem.

ties opportunum fuerit, cum hanc sempiternã animorum mortem, præclara morte siue martyrio corporis redimere parati sitis: tum pro diuina in vobis Fide ac Religione tutanda, longè liberalius quam pro patria, aut amicis, vitam profundatis. Nec verò decet vos hæc audientes cõturbari, aut expauescere; quasi noua, inaudita uè vobis imitanda proposuerim: cum tot innumerabilium fidelissimorum mihi heroum martyrum exempla possim subijcere, qui vitam suã despicientes pro Christo, me duce, quemadmodum ipse pro illis reddere non dubitarunt. Qua in sententia Constantiam & Perseuerantiam inclytas patronas vestras, quas vos omnino sequi oportet, non aduersas quidem, sed prorsus consentaneas vobis fore putamus. Vtpotè quibus tam valde proprium est ac peculiare, velle vos prouehi, atque ad finem usque perseuerare; vt mori satius esse, quam turpiter ab incepto desistere, vobis nunquam cessent persuadere. Verũ hæc, vt multò vehementius, magisque inuictò, ac confirmato animo aggrediamini: vtque euidentiore proposita expectatione præmij, alacrius ad prosequenda cœpta feramini; ad Spem sororem nostram audiendam vos hinc abire, eiq;

Sempiterna ani-
morum mors præ-
clara corporis
morte, quæ sibi
per martyrium
redimenda est.

Non ardua ni-
sibi neq; diffici-
lia factu propo-
nit Charitas, cū
tam multi fue-
rint martyres,
qui ea confecerunt.

eiq̄ue operam dare iubemus.

25 Hæc cum dixisset Fides, è suggesto descendit, cui accedentes Cōstantia, & Perseuerantia, sapientissimaq̄ue eius dicta approbantes, ad alumnos conuersæ, splendidissimis eos indutos vestibus, atque candore potissimum, & firmitate animi ornatos, munitosq̄ue viderunt. Quamobrem fidei gratiæ ab omnibus habitæ fuere. Iamq̄ue alterum ingrediētes atrium, magna peregrinorum comitante caterua, ipsaq̄ue met fide duce, ad spem deducti, summo cum honore & alacritate ea vniuersos excepit. Erat autem spes (humano considerata more) haud dissimilis figuræ ab ea, quæ in antiquis Romanorum nomismatis reperitur impressa: alma videlicet adulescentula, pulchra nimis, mireq̄ue alacris & latabunda: tenui quadam, perlucidaq̄ue ac diffluēte veste induta, eaq̄ue in longum à tergo promissa, maleq̄ue etiam præcincta. Trifolium herbulam altera gestabat manu: altera quidem vestem apprehendens, ac sese in digitos pedum erigens, suspensis vestigijs ambulabat. Cuius etiam insigne erat, inhians vento, variosq̄ue inducens colores Chamæleon. Huius ergo figuræ interpretationem sunt qui in hunc modum reddant,

Species & figura Spei, qualis in nomismatis Romanorum reperitur.

dant. Esse videlicet Spem bonæ indolis adulescentulam, quæ optimum rei exitum promittat, *Interpretatio figura Spei,* nondum tamen quicquam re ipsa præstet: quin esse quoque hilarem & alacrem; quod timidos atque mœstos erigat, recreetq̄ue, atque in extremis malis, & miserijs, sola hominem consolari possit. Præterea vestem longam, perlucidam, & perflabilem defert; quoniam quandiu Spes est, longa est, ac longius introspici solet, quod speratur: quin etiã perflatur vento, propterea quod sperata versentur sub incerto. Fluxa etiam veste erat, ac neq; vlla redimita vitta, nullo præcincta cingulo, quod ea quæ sperantur, neque comprehendendi, neque manu teneri possunt, sed pendent ab alto, atque hinc inde volitant. Vnde non ineptè eius est insigne Chamæleon: quæ animans non modo vento semper inhiat, sed ipso pascitur, atque in eius rei colorem, cui obijcitur, suū immutat. Perinde vt qui sperant aliquid; non tantum eius à quo illud sperant, verbo, quod à verberato fit aere, alūtur; sed in eiusdem etiam mores & obsequium se totos transferunt: nullūque non obseruant ipsius nutum, quo dulcius, blandiusq̄ue ab eo numulos, aut quod sperant, exprimant. At verò trifolium, quod manu gestabat, *Chamæleon insigne Spei.* *Trifolium.*

bat, prima illa est herbescens viriditas è fibris stirpium sensim enascens, quæ futuræ vbertatis Spem bonam promittit: quod etiam triplici virtutis indicio in adolescentibus exprimi solet, bona scilicet indole, ingenuitate, & rubore. Hæc enim in ipsis magnam quoque probitatis Spem afferunt. Inde quippe viridi colore vndique tincta Spes conspicitur. Ad hæc summis pedū digitis obambulabat: & quod incerta sæpe sunt, neque omnino fixa, quæ sperantur; & quod maior semper visa fuerint desiderata, quam possessa: Eiusmodi ergo sunt effigies, quas de humana Spe descriptas inuenimus. Quanquam de sacra ta quidem Spe, sub specie virginis iam adultæ, ipsam expressam habemus. Vt potè quæ, iuuante Constantia, non solum fide, sed ratione vtens; ad cœlestia, quæ sperat, intenta, iūctis manibus, oranti similis, Orientem versus oculos conijcit, ac prænunciam Solis auroram contemplant, Solem quamprimum affulsurum sperat. Hæc itaq; suggestum scandens, tum alacris, tum omnibus arridens, alumnos sic est allocuta.

26

Concio Spei ad alumnos.

Adducor equidem in summam vestri expectationem (præclara præditi indole alumni) ex eo quod vos non modò candidos à sorore Fide remit

remitti; sed tanquam candidatos ad maiora petenda, & obeunda apud me munera nunc venire contemplor. Nam etsi fide quidem multum ad æternam salutem promerendam profecistis; non tamen timorem omnem, atque formidinè ex animo expectorastis, quin recidere posse timeatis, nisi Spe aliqua ad futuri boni firmati, ad ea quæ credidistis speranda, magna que cum alacritate acquirenda, per me transferamini. Bonorum siquidem, maximè verò diuinarū, expectatione rerum, vsque adeò sperantium animi eriguntur; vt illis non solum iam tanquam præsentibus fruantur: sed omni procul abiecto timore, in ea, tametsi per ardua & difficillima, magna animi contentione deducantur. Est autem tanta Spei vis (vt de me sic agam) ad eius aduersariam desperationem è medio tollendam; vt in maximis, extremisque miserijs sola Spes hominem cõsolari possit, atque ab illa ipsa desperatione eripere. Miserum enim esset, non habere, ne Spei quidem extremum & commune solatium. Ex quò admodum futile videtur quod Poetæ versu asseritur.

Vna salus victis, nullam sperare salutem.

Quasi vero victi (si modò strenuo, atque inuicto animo

Cur summis pedū digitis Spes ambulat.

Species sacrate Spei.

Diuina sperantes, illis tanquã præsentibus fruuntur.

In maximis & extremis miserijs sola spes hominem cõsolari potest.

Nunquam spes salutis pijs desperanda est.

Desperatio in credulitate multo periculosius uidetur esse malum.

Psal. 90. Præcipua spei anchora in portu salutis Christi, de iugenda.

animo fuerint) minimè in promptu à desperatione ad Spem reuocari soleant; aut sine aliqua spe salutis, sæpè etiam cum victores hostes reuicerint; tum victorias omnino perditas ac desperatas recuperarint. Non enim sicut desperatis Hippocratès medicinam adhibere vetat; sic ad quosuis animi morbos depellèdos, humana desperata medicina, diuina quoq; desperanda est, neque diuini promissi spes timore superanda. Quamobrem quò desperatio periculosius videtur esse malum, quam incredulitas; quòd hæc reparari facilius, illa verò tanquam egritudo sine vlla rerum expectatione meliorum, sanari vix possit; accirco necesse est, vt vtroque propulsato malo, atque spe salutis semper penes vos retenta, præcipuam eius anchoram, in æternæ felicitatis portu, qui est Christus Iesus, defigatis. De quo Psaltes ait, Tu es spes mea à iuuentute mea. Spes enim Euangelij & gloriæ Christus est: per quem vos sperare debetis lætum Euangelij nuncium esse consequuturos, id est, remissionè peccatorum, & gloriam sempiternam. Nam frustra quidem crederetis esse Deum, & esse Deum vnum; nisi sic credentes (vt prædixit Fides) accepta illi omnia referretis: ac etiam in illo vestrae salutis

lutis spem omnem poneretis: Sicut enim egroto spes est vitæ, dum anima est; sic rursum, dum vobis firmissima spes erit vitæ æternæ, non modo fides, quæ religionis est basis ac fundamentum; sed etiam charitas, quæ eiusdem est religionis anima, nunquam longè erunt à vobis. Hæc siquidem pertinet, quod ab Apostolo dictum est, Spe salui facti sumus. Vt eius scilicet, quod speratis, iam tanquam possessores sitis. Nam vt agricola, cum florem videt, baccam se quoque videre putat; adeò certa est spes fructus, natura promisso, vbi flos emerit: sic diuina promissa, non minus certa faciunt, quæ futura sunt, ac si ferè essent præsentia. In eo namq; quod creditis, quodque credentes speratis, ac etiam sperantes amatis, diuini amoris pignus accipitis per Spiritum sanctum, qui à summo cœlesti Patre, intercedente Filio, missus est vobis. Nam vt pignus præsentem facit, & quasi manu tenet creditam, siue promissam pecuniam: ita pignus spiritus saluum facit tenentem illud. Ipse enim Dei Spiritus testimonium reddit spiritui vestro, quod filij Dei sitis, quodque sub tanto pignore nulla spes esse possit, quæ sperantes confundat, aut inanitatis metu ruborè inducat.

simile.

vt fides basis est religionis, ita charitas eiusdè est anima, atq; utriusque etiam colligatio spes. Roma. 8.

simile.

Diuina promissa sanò minus certa faciunt futura ac si ferè essent præsentia

simile.

Ephes. 1.

N Est

27 Est autem spes triplex, diuina scilicet, huma-
 na, & naturalis: quarum diuina ad eò certa est,
 præsertim quæ diuino aliquo promisso nixa fue-
 rit, vt nullo vnquam pacto, neque fallere, neque
 deficere visa fuerit: tætsi promissa maiora sint,
 quàm vt humanitùs præstari possint. Humana
 verò, vt potè quæ ab humano promisso pendet,
 satis est quòd humana sit, ad hoc, vt & fallere, &
 falli possit. Nam vt huic detrahit, à regio Psal-
 te dictum, Omnis homo mendax; sic diuinam
 spem summa veritate confirmat dictum Apo-
 stoli, Est autem Deus verax. quæ demum me-
 dia est, naturalis, atque naturæ promisso fulcita
 spes, longè est certior quàm humana: immò ma-
 gis cum diuina coniungitur, tametsi huic valdè
 succubat. quid enim aliud natura est (ait Chryso-
 stomus) quàm secreta Dei manus? quæ Spes falle-
 re ex sese nunquã, deficere, non tamen ex se, po-
 tæst aliquando. Etenim arator certa cum spe ter-
 ram arare, feminare quæ potest: ac modò quæ ad
 occandum, & irrigandum semen pertinent ipse
 præstet, natura, quod suum est, germinare, flo-
 rere, ac fructificari, quoad illius spè adimpleat,
 non desinet. Sed diuinorum promissorum spes
 ad eò firma & còstans est, vt naturali, nedum hu-
 manæ

Spes triplex.
 Diuina.

Humana.

Psal. 115.

Rom. 4. 3.

Naturalis.

Natura secreta
 Dei manus.

Spes naturæ un-
 de certa dicatur
 tætsi possit de-
 ficere.

Diuinorum pro-
 missorū spes fir-
 ma, & còstans.

manæ, omnino antecedit. Id, quod exemplo
 Abrahæ mirè ostenditur, cuius tanta fides,
 atque cum ea spes coniuncta; vt contra natura-
 lem spem, in diuinam crediderit. Nempe cre-
 dens Saram vxorem vetulam, effacto iam, atque
 omnibus naturæ ad pariendum viribus destitu-
 to corpore, diuino præponderatè promisso, pa-
 rituram. Quapropter vniuscmodi esse credo e-
 gregiam fidem vestram, qua quotidie in spem
 contra spem creditis. Nam quid obsecro, spei,
 vel humanæ, vel naturali, magis desperandum
 potest occurrere; quàm impium posse iustum
 fieri? tantum scilicet, ac prope infinitum impie-
 tatis malum, cum infinito iustificationis, atq; di-
 uinæ gratiæ bono committi posse credere? Sed
 illud itupendum magis, quòd vobis fuerit diui-
 no datum munere, vt tantum, tamquæ infinitum
 iustificationis bonum, per fidem in Christum
 Iesum possitis apprehendere: quemadmodum
 ex sermone Fidei didicistis, dum in desertores
 inuehebatur, propterea quòd tantam ad iustifi-
 candum potestatem soli fidei tribuebant, vt me,
 ac charitatem illius sorores, in tanto negotio de-
 bere excludi assererent.

28 Quorum sententia, tametsi sapientissimè ab
 N 2 ipsa-

Exemplum fi-
 dei & spei Abra-
 hæ.
 Gen. 15.

Iustificatio im-
 pijs quàm sit res
 admiranda.

Nonæ spei infirmitas
 ratio contra de-
 fertorum dicta.

ipsamet Fide refurata fuit; & quæ supererant ei de iustificatione dicenda merito ad charitatem reiecta; non patiar tamen omnino præteruehime silentio: immò vero interrogabo illos; qui fieri possit, ut in iustificatione, vna cum vera & perfecta fide minimè intercedat vera spes, quæ nihil ab ea differt fiducia, de qua Paulus ad Hebræos, loquitur, sicuti à fide fuit explicatū. Quo item pacto, in Deum quispiam, in quem nō sperat, credat? Quomodo fides ipsa, nisi proposito sibi, & quasi spe deuorato, æternæ vitæ præmio, tantum ex se conatum ad obtinendam iustificationem emittat? Sed redeamus ad diuerticulū, debet quidem (ut idem Paulus) in spe, qui arat arare, ac postquam quod seminauerit fuerit corruptum, ex corruptione, quasi præter spem, fructum inde prouenturum expectare. Sicuti ex ipsa Christi parabola de grano frumenti vobis licet colligere; eamque ad immortalitatem vestram, quæ post mortem & exsuscitationem corporū euentura est, ad viuum traducere. Cui diuinæ spei naturalis longe est ac multum inferior: neq; perinde vt illa, sperantes ad propositum ipsis meritum euocare potest. Nam etsi mirabile est, etiam si naturale, pro eo quòd inest seminibus natu-

1. Cor. 9.

Parabola Christi de grano frumenti, per quam diuina spei longè succumbit naturalis.

Ioan. 12.

naturalis vis earum rerum, quæ ex ijs progignuntur) ex corrupto scilicet & mortali semine nasci corruptum, & mortale germen: perinde vt rursum, neq; præter spem esset, si ex immortalis & incorrupto semine immortalis oriretur propago: tamen quòd ex mortali & corrupto lato corpore, postquam mortuū, atque corruptum fuerit, nascatur immortale corpus, atque incorruptum; quin & emergat splèdidum & gloriosum: num præter spem, immo & contra spem, sperantibus obuenire potest quippiam faultius, atque diuinius? Quin etiam ad vtramque tam animorum, quàm corporum immortalitatem rapi vos; simulque ad gloriosæ beatitudinis percipiendum fructum, per spem diuinam vocari; an non hæc subinde ostium quoque magnum vobis ad æternam felicitatem manifestò aperire videntur?

29 Quapropter vt excelso & alto, vtque exaggerato virtutibus, & humana despiciente animo, vos esse oportet, ad eam tantam promerendam felicitatem; sic ad consequendam, nō minus forti & inuictò, quam sobrio & spei pleno, necesse est accedere. Ita quippe Esaias eiusmodi sperantes, simulque accedentes, præmonuisse visus est, inquit, In silentio & in spe erit fortitudo ve-

Et præter spem, & contra spem (excepta diuina) esse videtur ex mortali & corrupto nasci immortale, & incorruptum.

Esai. 30.

Mos fortissimo
v. m. virorum.

stra. Fortissimorum siquidem virorum mos est, silenter, & sobriè agerè, suamque fortitudinem lacertis potius, quam verbis exprimere. Non enim gloriosus miles in bello fuit vnquã sobrio, & taciturno prælatus, vel fortior habitus: quoniam venientibus ad arma manibus, ipsa sepe lingua loquax impedimento esse solet ad pugandum: vsque adeò magna est cunctorum membrorum in proloquentem linguam, non modo obferuantia & attentio, sed ab omni opere vacatio. Vnde maiores ex silentio vires colligens athleta, atque animosior spe victorię effectus, dum attentius in hanc intendit, multo quidem alacrius pugnam init, constantiusque ad vincendum inflammatur. Vobis igitur ad pugnam pro Christo sustinendam properantibus, atque pro ipsius nomine, exemplo martyrum, minimè vitam, vt oportuerit, profundere detrectantibus; verè in silentio & in spe constituenda est fortitudo vestra. Non enim alijs, quam istiusmodi armis usus est Christus in suis peruincendis hostibus, ad vos in sui exemplum inducendos: silentio videlicet, dum tanquam ovis ad occisionem ductus, obmutuit coram tondente se: spe autem, dum resurrectionem suam, breuique ad futurę glorię trium-

Attentio cuncto-
rum corporis mem-
brorum, ac etiã
ab opere uacatio,
lingua lo-
quente.

Silēs athleta for-
tius pugnat, cõ-
stantiusq; inflã-
matur ad dimi-
candum.

Christus silen-
tio & spe tan-
quam armis us-
sus est ad suos
peruincēdos ho-
stes.

triumphum contemplans, quasi proposito sibi gaudio (vt inquit Apostolus) sustinebat crucem. Ac non modo seipse, hac spe fretus, consolabatur intus: sed sua quoque silenti, atque inuicta patientia, ipsosmet tortores adurebat; adeoque ad sese compungendum cogebat, vt despectum ipsum, & nouissimum virorum, ac vel morientem, filium Dei esse faterentur. Quamobrem opere pretium erit, vos tandem trifolio viridi, in signo nostro, nepe sanctissimę Trinitatis signo, quo vos ego meaque sorores è cœlo missę obsignauimus, decoratos, viridique indutos veste, ad charitatem sororem transmittere. Sanè, vt hoc ipso tincti colore, spem vestri bonam illi deferatis; huncque in modum vera Christi stigmata, saltem in corde deportare possitis. Quod si ex vobis aliqui inuenti fuerint, in fide & spe vsque adeò firmi, & constantes, vt ea ipsa stigmata, non in corde solum, sed etiam in corpore inusta ferant, seque martyrio consecrent; hos roseo, siue purpureo triumphantium colore benigna Charitas, ad quam vos ire iubeo, haud dubiè, imbue re curabit.

30 Hęc postquam grauiter & pereleganter præfata spes fuit, atque è suggesto descēdit, accessit.

N 4 re fi-

Hebr. 12.

Quali trifolio
viridi, quod est
spei insigne aliã
nos ipsa deco-
rauit, & ad cha-
ritatem misit.

re Fides, tum Constantia, & Perseuerantia, eiq;
 pro tantis, tamque grauibus ac perspicuis argu-
 mentis ad erigendos, & ad diuina inflamman-
 dos alumnos adductis, gratias ingentes egerunt;
 ac etiam, quod eosdem viridibus quoq; super eā
 didum tegumētis viderūt ab ea decorari, maio-
 res retulerūt. Cū igitur aduersperasceret, ac Pie-
 tas alumnos cū fessos de via: tum lōgiusculis Fi-
 dei, & Spei sermonibus quodammodo defati-
 gatos contēplaretur, curandos suscepit: ideoq;
 charitatis sermonē in diē posterum (vt fuit om-
 nium consensus) distulit. Quare alumni in eiuf-
 dē atrij officinas, designante Spe, distributis, atq;
 in crastinū omnibus ad audiendam charitatem
 cōuocatis, Pietas Constantiā, & Perseue-
 rantiam secum in atrium charitatis
 introduxit, vbi lautissimo exce-
 ptæ hospitio, noctu
 quieuerunt.

DE

DE CONSTAN- tia, siue de vero ho- minis statu.

LIBER SEXTVS.



VI Constantiam, eiusque vi-
 res & facultates similitudine
 & comparatione rerum cu-
 piunt exactè dignoscere, illā
 cum palma arborū pulcherri-
 ma, nobilissimaque compa-
 rare solent: adeoque ex mu-
 tua earum collatione vtriusque naturam & facul-
 tates extollere; vt quemadmodum palmæ inter
 omnes arbores; sic Constantiæ inter cæteras vir-
 tutes, palmam deferendam existiment. Quod
 ita se habere, facile esset ex ipsamet cōparatio-
 ne colligere; nisi innumerabiles penè essent pal-
 mæ proprietates; vt sunt etiam Constantiæ pro-
 pe infinitæ; indeque mutua singularum enume-
 ratione, longiùs, quàm par est, digrederetur ora-
 tio. Quamobrem summas duntaxat, ac præci-

*Perpulchra pal-
 me cum Constā-
 tia cōparatio.*

*Innumerabiles
 palmæ & Con-
 stantiæ proprie-
 tates.*

N s pias

puas palmæ facultates, ut potè quæ cum Constantia, seu viro potius constanti, aptè conferri possunt, in medium afferemus: quandoquidem hac vna proposita, atque discussa similitudine, non parum certè luminis ad ea, quæ de heroica, atq; diuina Christi martyrum Constantia dicenda sunt, accessurum putamus. Est enim palma diuina arbor habenda; propterea quod non animalis modo figuram; sed expressissimum hominis simulachrum repræsentet: eo quæ magis ob oculos semper est ad imitandū ponenda. In primis enim palma animalem generationem exercet; quoniam vterque in ea sexus reperitur, nempe fœminæ, quæ in marem non longè à se constitum propendet; neque sine eius quasi intuitu, fructū edit; sit quæ admirabili quodam quasi naturæ hymenæo, ut eius rami graudentur, in eis quæ appareant perlucidæ gemmæ quædam masculæ (ut inquit Plinius) quasi semen, quæ generationem exprimant. Insuper non in radicibus, ut cæteræ arbores, defossam vim habet; sed in vertice quidem inest medulla quædam, quam vocant cerebrum, in quo vitalis eius vis tota consistit: quod, sicut in animalibus est membrum delicatissimū, eo quæ percusso, moritur animal; sic læsa illa, palma in-

Diuina martyrum Constantia. Palma cur diuina arbor habenda.

Palma animalis generationem exercet.

Palma in vertice non in radicibus vim habet.

ma interit. Ad hæc comam nutrit circum extensam, ac ramos, quos in modum etiam brachiorum protendit: fructus quæ in digitorum figuram formatos profert: ideo quæ per aptè dactyli, hoc est, digiti nuncupantur. Pulpa quoque (ut idem Plinius) ipsorum fructuum caro vocatur: cum non solum ad nutriendum sufficiat; sed ad medicinæ vsus perutilis sit. Nam ad alendum adeo est apta; ut olim Anachoretæ in deserto Aegypti, quæ palmis abundat, eiusmodi cibo contenti fuerint: nec non & bona pars orbis ad Orientem in regione Synarum, non alio vino, quam mulso ex palma confecto, eo quæ suauissimo utatur ad potum. Vnde non solum victus, sed etiam vestitus copiam eidem inesse compertum est. Sicuti de Paulo Eremitarum auctore & magistro legitur: cui in spelunca deserti vitam agenti durissimam, palma speluncæ proxima victum ex dactylis, vestitum vero ex folijs in modum sportæ contextis præbebat: eo quæ alimento & indumento simul, vitam in centesimum, & eo amplius, annum propagauit. Quin hodie permulti in desertis Africæ hoc vno vtetes cibo benè habent, valetudinem quæ & vires tuentur. Adde, quod cum palma arbor excelsa, mire quæ pro-

Dactyli unde diti.

Palma victum potu & cibo præbet.

Palma et victum et vestitum præbet.

Paulus Eremita.

In desertis Africæ palma cibo vtentes bene habent.

ra sit,

Palma asperum ra sit, ideoque ad fructus legendos, haud teme-
habet sui ascen- re eius ascensus formidandus; natura quidem
sam. valde asperos, atque scabrosos eius trunci corti-
 ces protulit, per quos, tanquam per gradus, co-
 nantibus daretur ascensus. Postremo habet illud
Palma ponderi sistat, atque (vt est in prouerbio) insurgat oneri
resistit. vsque adeo, vt in more fornicis sursum versus in-
Palma insignis curuetur, ideoque per apte quidem palma insi-
uictoriae. gne victoriae habetur.

2 Hæc autem singula cum Cōstantia, siue cōstan-
 ti collata viro, ad eundem ordinem respondēt. Vt
Constantia & enim Constantia maris; sic eius soror & cōiux
Perseuerantia Perseuerantia foeminae vices gerit: dum se ad il-
maris & foemi- lam inclinat, ab eaque, diuino coniugante nutu,
nae vices agunt. quasi grauidata, constantes permultos, tanquam
 filios, perinde vt virtutum gemmas suscipit, pro-
 uehitque in melius; ac vt magis magisque pro-
 ficiant, in officio retinet. Quin, neque radicibus;
Quomodo in- hoc est, statim ab initio, neque de repente con-
star Palmæ con- stans fit summus; sed palmæ naturam sequens,
stans paulatim quæ sensim crescit, multum intercedere tempo-
fit summus. ris; immo adultum iam esse constantem necesse
 est, vt eius Constantia veros virtutum fructus
 proferat, & tanquam ipsarū princeps in medio cō-
 fideat:

fideat: quæque easdem, non vt satellites; sed vt so-
 rores ad rectè agendum sollicitet. Insuper ma-
 gna Constantia vis & facultas in summa, excel-
 lentissimaque virtute Prudentia sita est; quæ nō
 in pedibus, aut alia infirmā corporis parte, sed in
 capite, perinde vt homini cerebrum constitui-
 tur: cui ratio & consilium tanquam assessores assi-
 stunt: sitque vtriusque munere, vt multo sane fa-
 cilius, atque prouidentius Constantia valeat du-
 cere virtutum agmina: cum sine prudentia, neque
 se ipsam regere, neque alijs prodesse possit: non
 enim aliter, quam animal sine cerebro, cōstans,
 sublata prudentia, remaneret. Cætera verò pal-
 mæ partes, vt rami, dactyli, horumque pulpa &
 caro ad nutriendum, & induendum; cum eius-
 dem constantis hominis coma, brachijs, carne,
 sufficientique alimento, & ornamento, ita con-
 ueniunt, vt noua collatione non indigeant. Con-
 stans enim cum præclara sui conscientia in bene-
 faciendo pascitur; tum amplissima rerum gesta-
 rum gloria, & splendore exornatur. Nam licet
 alijs quibusuis virtutibus esset altus & exornatus
 homo, sine Constantia tamen & Perseuerantia,
 nudus profectò euaderet, atque eius mens, præ-
 fame gloria, prorsus deficeret. Præterea ad sum-
 mos

*Constantia vis
 sita est in virtu-
 te prudentia.*

*Sicut animal sta-
 ne cerebro, ita
 constans sine
 prudentia.*

*Constans præ-
 clara sui con-
 scientia pasci-
 tur.*

mos virtutis fructus legendos, ipsæmet laborio-
Constantiæ aspe- ritates tanquã firmiores viru- tis gradus sub- sternuntur alta petentibus.
 iz, ac perdifficiles Constantiæ asperitates, instar
 Palmæ, non impedimento, sed magno ei sunt ad
 iumento, ad prosequenda incepta; immò quo-
 duriores illæ, eò firmiores tanquam virtutis gra-
 dus, substernuntur alta petentibus. Tandem quod

palma contra pondus nitatur, atque in alteram
 partem curuari potius soleat, quam oneri succu-
 bere, indeque victoriæ ac fortitudinis insigne
 esse obtinuerit: hoc ipsum prope inest Constã-
 tiæ, quæ grauibus atque molestis virtutum oppu-
 gnatoribus, iuuante Perseuerantia, resistere po-
 tius, quam succumbere consuevit. Tametsi ce-
 dat quodammodo, quoad illos precibus, seu blã-
 dis monitionibus, & (si res tulerit) minis, & obi-
 urgationibus, in propriam sui cognitionem ar-
 ducat; & ad omne virtutis pondus (quod assue-
 tudine leue fit) sustinendum corroboret. Nam
 modò vir cõstans minime ab incepto desistat,
 ne vè pedem referat; non minùs in veræ fortitu-
 dinis laude positum est, si loco se contineat; quã
 si progredi, aut regredi curet: cum si non victo-
 ris nomen, at inuicti, haud dubiè obtinebit. Cu-
 iusmodi vincendi genus à palma ductum, victo-
 res Christi martyres sequuti sunt. Non enim ty-
 rannos

Quomodo insi- gne uictorie, quod datur pal- mæ; cõuenit Cõ- stantiæ.
Quale vincen- di genus Christi martyres sequu- ti sunt.

rannos oppugnando, non resistendo, aut repu-
 gnando: sed quam constanter in suscepto pro-
 posito contra illorum minas permanendo, triu-
 phales de ipsis victorias reportabant. Ex qui-
 bus apertè colligimus, non alijs de causis, quam,
 quibus expressimus, ad referendam, vereq; ex-
 primendam præclarissimam sanctorum Christi
 martyrum Constantiam in tormentis, pro infi-
 gni tantæ victoriæ ac fortitudinis, iure fuisse illos
 palma donatos; vt in Apocalypsi habetur; Et
 palmæ in manibus eorum. Hincque relinquitur
 contestatũ satis, quod initio proposuimus, fuis-
 se quidẽ summa ratione, vt palmę inter omnes
 arbores; sic Constantiæ, præ alijs virtutibus, pal-
 mam meritissimò delatam.

3 Sed videndum est an vires & facultates, quas
 in roborandis, atque in officio continendis vir-
 tutibus Constantia obrinet amplissimas, à Pru-
 dentia, an aliunde mutuata fuerit. de quare id
 sentiendum est, Constantiam, cuius summus
 quandoque ac nimius est affectus & ardor in a-
 gendo, regi vtique, ac temperari à Prudentia: ve-
 rum ne ab ardenti suo affectu & actione defi-
 ciat, ali, sustentarique à Charitate; hæc enim om-
 nibus (vt supra diximus) eminent virtutibus. Nã
 cum sit

Palma pro infi- gni uictoria da- ta martyribus.

Apoc. 7.

Constantia un- de vires & fa- cultates mutue- tur ad continen- das in officio uir- tutes.

Constantia ut à Prudentia regi- tur, sic à chari- tate alitur.

cum sit Constantia virtus maximè officiosa, atque in exercendis, & sollicitandis ad agendum virtutibus tota versetur; num potest aliunde, quàm ab ipsa charitate, quæ etiam operosa est, atq; omnium actuosissima virtus, tantum sibi virium, atque facultatis ad agendum colligere? Et si enim non humanas tantum virtutes, sed diuinas quoque, Fidem & Spem, Constantia roboret, quin & Charitatè magna quidem ex parte adiuuet, suaque ac Perseuerantiæ sororis ope, vniuersas confirmet; tamen à Charitate non modo sustentari ambæ; sed suos etiam solèt amoris igniculos cõcipere: quibus seipsæ vehementer accendunt ad tot, tantosque perferendos labores, quantos in prouehendis virtutum studiosis quotidie suscipere necesse est, præque amore etiam difficultates omnes superare, ac euincere. Quamobrem Constantiam Charitati prorsus operam dare, eique quicquid accreuerit sibi boni acceptum ferre; ipsiusque numen denuò ad perficiendos alumnos implorare oportet.

Cum igitur bene mane, cessantibus à vigilia & precibus alumni, Constantia, & Perseuerantia præstò essent, simulque Fides, & Spes ab intimo atrio foras ad deducendos illos exissent; tũ

Pietas

Pietas consalutatis omnibus, ieiunio, quod magna est animi passio, cunctos reficiendos curauit, atque ad Charitatem audiendam, eiusque sermones attentius excipiendos intromisit, vna cum vniuersis, qui tum aderant, peregrinis. Ac primum quidem agmen Fides, ac Spes; medium Constantia; extremum Perseuerantia agebant. Quò ubi peruentum fuit, inspecta tanta atrij amplitudine & spatio immenso, dici nõ potest, quanta fuerint omnes admiratione obstupefacti. Erat enim illud suis distinctum, atque ornatum peristylis & intercolumniis, quæ ex adamantibus, aliisque pretiosissimis, & politissimis lapidibus constituebantur: atque vt perfacilis ac patentiissimus esset omnibus ingressus, nullo erat cincta muro domus; nullis penitus occlusa foribus. Vnde facella, ipsa que peristyla, cum pupillorum atque viduarum, tũ cuiusvis generis inopum, atque indigentium cœtibus plena erant: quos Charitas magnanimitate sua; atque innata misericordia, cum consequente liberalitate, nullos fastidians, nullosque auersans, sed omnia ferens, omniaque sustinens, cunctos promiscuè gratuito recipiebat hospitio. Nam se quidem, suaque omnia, hoc solo nomine, quod homines ad

Quibus passio-
nibus Pietas a-
lumnos refecit,
intromisitq; ad
audiendam Cha-
ritatem.

Charitatis atrij
eiusq; amplitu-
do & forma.

Charitas, miseri-
cordia, & libera-
litate mimi-
stris cunctos gra-
tuito hospitio re-
cipit.

Q diui-

Quo pacto Cõ-
stantia & Cha-
ritas mutuas sibi
dant operas.

Charitatis: et in q. officiarum descriptio.

Charitas undedicta.

Differt: humana Charitas a diuina.

Ethnici: nullam in Deum Charitatem habuerunt.

diuinam felicitatem nati aptique essent, cū omnibus communicabat. Erat enim maximè pia, atque a Deo data virtus, quæ neque humanum quippiam à se alienum putabat, neque humanas res, tanquam infra se positas, præ diuinis, magnificiebat: immo verò iniurias omnes, quantumuis grauissimas, voluntaria obliuione conterebat: quin etiam ingratos, ac beneficiorum & gratiarum immemores (in quo vitio nihil mali nõ inest) æquo animo sustinebat: vsque adeò, vt maioribus sæpè beneficijs ingratos prosequeretur. Ex quo omnium oculis gratiosa, & chara erat. Inde quippe vocata fuit charitas, quòd eius nexu homines chari, & amabiles inter se sint, atq; ex eo quòd per eam cum tranquillitate in communi viu possit, per multi in patriam: tanquam in commune bonum, se, suaque omnia referebant.

5. Quanquã hæc Charitas alterius, quæ in Deū est, pedisse qua habetur; hanc enim olim Ethnici eousque euerunt, vt omnes omnium Charitates patriam vnã complecteretur, de qua fusissimè supra lib. 4. dictū est. At verò in Deum eos Charitatem habuisse nullam, argumento est; quòd Deum tametsi notum sibi habuisse existimauerunt, tamen neque amauerunt, neque (vt inquit

quit Paulus) tanquam Deum glorificauerunt. Verum apud Christianos homines, non patriæ modo, sed parentum etiam & amicorum charitates omnes superasse inuenta est efficax hæc, atque viuã in Deum Charitas, de qua agimus. Hæc enim diuina virtus, quæ cœlitus diffundi solet; minime nota fuit, neque communicata illis. Nam licet pro suis tuendis sectis, seu falsis religionibus, acerrimi essent earum vindices in eos, qui ipsorum dijs minime sacrificare vellent; vt in per sanctos Christi martyres, in quos atrocissimè inuerti sunt; at ipsi tamen pro eisdem dijs, per rariò voluntariam mortem subierunt. Vnde ea non Charitas, sed vitiosa, ac falsa quædam ex inuidia orta æmulatio erat in eos, qui ipsorum Deos negligebant. Quò fit vt huius diuinæ Charitatis nulla appareat in Romanorum olim nomismatis effigies, neque figura; ex eo potissimū, quòd ea non querit quæ sua sunt; quòdque patiens sit ac benigna, nullique malum, immo bonum pro malo reddat: neque vim vi, nisi pro communi bono, repellendam esse docet. Hæc enim diuinæ Charitatis præcepta, tantum abest vt illi exequuti fuerint, aut obseruauerint; vt potius deriserint, ac pro deliratione habuerint. Hinc est,

O 2 quòd

Roma. v.

Charitas in Deū omnes Charitates superat.

Falsa Gentilium Charitas, quòd respiciebat.

Quibus de ca sis perfecta Charitas Gentilibus inesse non poterat.

Humane Charitatis effigies.

Charitatis officia.

Charitatis officia.

Charitatis officia.

Charitatis officia.

quòd neque humanæ quidem Charitatis effigies alia nunc redditur a pictoribus, quàm quæ fuit etiam cõmunis antiquis. Pingebatur enim matrona quædam in primis benigna, pulchro, amabiliq̃ vultu prædita, tum roseo tincta colore, atque purpureo indumento amicta. Binos in vlnis infantes pueros, binos etiam è collo pēdentes deferens: cæteros vero circumstantes sua promissa atque sinuosa veste contegens, ac non solum cunctos enutrens, & tanquam progenitos à se diligens; sed etiam nullum ad se venientem detrectans. Nam languidos ac debiles, atq; quocunque animi vitio contaminatos, quos maxime scelerum conscientia urgeret, ad ipsius oportum, tanquam Asylum confugientes, modo ad se imitandam accederent, atque alijs chari ac benefici esse cuperent, libenter recipiebat, & ab insequentibus occultabat: privilegio concesso cœlitus, vt operiat multitudinem peccatorum. Huic igitur duæ iã aduulæ virgines comites assidebant; ac duæ quoque matronæ graues affabant priores, per quas sua ferè omnia negotia domi forisq̃ transigebat, atque omnibus mirum in modum chara erat, immò & nomen & famam propagabat; liberalitas illa, & altera, vt vocant;

cant, longanimitas: prior, quæ seipsa cunctis largam, prolixam, beneficam, atque munificam præbebat: consequens, quæ debita sibi quæcūq; non modo repetere differebat; verùm vniuersa etiã in se commissa crimina libentissimè condonabat. Posteriores autem matronæ, patientia, & humilitas vocabantur: quæ mœsto, atque demisso in terram vultu semper erant, quoniam aut silendo, aut conuiuendo, per arduas res, atque omniū difficillimas conficiebant. Nam ingratos, ac superbissimos quosque æmulos, quos neque liberalitate, neque longanimitate Caritas edomare poterat, sæpè quidem, aut mollebat patientia, aut humilitate placabat. Vnde hæ quatuor sociæ à Charitate nunquam recedentes, in causa erant, vt suauiter, grateq̃ ac piè omnia fierent. Itaque Caritas, Fidem, & Spem, nec non Constantiam & Perseuerantiam ad se venientes, cū vniuersis alumnis in ipso atrij limine exceptit humanissimè: eosq̃ liberalitati quamprimum recreandos tradidit. Post vero omnibus discumbere iussis, tam vt pietati ac sororibus morè gereret, quàm vt alumnos religioni lucrifaceret, atq; sermone erigeret, suggestū dictura scandit, factoq; silentio, sermonè ad eos sic fuit exorsa.

O 3

Enim-

6
Sermo Charitatis ad alumnos.
 Enimvero (alumni charissimi) eo fui semper erga vos animo, ab eo maximè tēpore, quo ego & sorores in animos vestros sacro ablutos fonte diuinitus infusæ fuimus: vt cūm cœptis vestris nunquam adesse destiterim: tum vestra omnia grata (vt mei moris est) & accepta fieri omnibus, obnixè contenderim. Quandiu enim, vestro ineunte tyrocinio, in despicienda fortuna, alijsque vitiosis vitandis hostibus, fortem, atque constantem animum præstitistis, vobiscum ipsa aderam cuncta componens, atque vestra omnia consilia, studia, officia, opera, labores, & diligentia, quæ ad benemerendum de Repub. impendistis; vt etiam Deo placeret, me quidem sociam & adiutricem, meisque iuuatibus operibus, obtinuitis. Nam licet Ioannes Apostolus fidem cupiens extollere dicat, Hæc est victoria quæ vincit mundū, fides nostra; licet Spe etiam vos saluos fieri affirmet Paulus: tamen idem alibi, nullam planè fidem viuam, neque sub hac contētam Spem perfectam, sine Charitate esse posse asserit, inquit; Etsi habuero fidem, ita vt montes transferam, Charitatem autem non habuero, nihil sum: quasi vero sola fide sine Charitatis ardore (vt desertorum commentis occurramus, quibus

1. Ioan. 5.

Roma. 8.

1. Cor. 13.

quibus in mei odium ausi sunt vos in via laceſſere) impetrare quis possit à Deo, vt iustificatio vestra valeat, non obtineri modò, verum exclusis omnibus tam Charitatis, quàm legis operibus, retineri etiam, ac vel augeri. Qui error, quoniã *Desertorum error.* à sorore Fide, superiore lermone, argutè latis, vt audistis, coargui cœpit: ac neque Spes, sua etiam concione proxima, passa est vos diutius in eo versari: à me nunc quoque depellendus est, atque à vobis prorsus auertendus. Vnde priori Apostoli loco à Fide iam explanato, quod scilicet *Roma. 3.* iustificatio fit per fidem gratis, ac sine operibus legis: posterior, qui à fide ad me fuit reiectus: nēpe, quod ex operibus, ac non ex fide tantum iustificetur homo, *Iacob. 2.* mihi nunc est explanandus. Quamquam equidem in tam lata, atque diffusa rei tractatione, ita me breuè expediam: vt modo vos ab impacto forte aliquo eiusmodi à desertoribus errore eripiam; cætera, quanta potero breuitate, percurram. Cūm igitur ex Fidei ac etiam Spei sermonibus comprehensum habueritis, quibus modis, tum Fides à Fide; tum legis opera ab operibus Iustitiæ Fidei distinguenda *Repetitio distinctorum à Fide & Spe.* sint: quæ item ex promisso Dei Spes, Iustitiãq; oriatur, atque ex ea, quæ sit cum humano meri-

to, ex gratuita liberalitate Dei, contracta debi-
 tio: quodque nec sine voluntate & consensu ve-
 stro, diuinæ Charitatis in vos præsertim adultos,
 fiat infusio; cū itaque ex ijs constet primum, nēpe
 gratis per fidem, ac sine operibus legis, iustifica-
 tionem conferri; restat nunc differendum; Nū
 ad hanc ipsam iustificationem retinendam, at-
 que vltterius prouehendam, sit opus incremento
 aliquo siue accessione iustificationis, quam ex o-
 peribus, ac non ex fide tantum, constare voluit
 Apostolus. Quin etiam ostendendum Charita-
 tem, per quam operatur Fides, ad illam profe-
 quendam & augendam iustificationem, esse vs-
 que ad eò necessariam, vt sine ea Fides, quæ antea
 iustificationis magnum erat instrumētum, nūc,
 vt Iacobus inquit, mortua existat; ac quod, nisi
 Charitate cum suis operibus ipsam animāte, ne-
 quaquam viuere diu illa possit, neque mortua
 reuiuiscere.

Quid Aposto-
 lus de Fide sine
 Charitate sen-
 tiat. Iacob. 2.

7
 Modus & ordo
 ad intelligendā
 iustificationem.

Quare omiſſis auctoritatibus, si ipsa re, & ra-
 tionibus veritatem exquiramus: tum ipsius iusti-
 ficationis, tum eiusdē etiam accessione & in-
 cremēti, modum & ordinem hinc maximē col-
 ligemus. Quod licet Fides, humanis omnibus
 meritis, legisque operibus seclusis, soli tantum
 meri-

merito Christi innixa, diuinaque ope gratiæ ad-
 iuta, hominem ex impio iustum constituat; nō
 tamen sic omnem iccirco completam fuisse iu-
 stificationem ostendit: vt nulla re alia ad retinen-
 dam illam, opus esse credatis. Nam nisi ordina-
 ta Dei Caritas iustificatum illico, tanquam fœ-
 tū, sua quasi obstetricandi arte, exciperet; ac etiā
 bonorum ei operum efficientiam, tanquam fa-
 scias, & operimēta præberet, ad diuinum illum
 Charitatis calorem, quo iustificatus est homo,
 fouendum, & promouendum; inanis profectō
 esset iustificatio: atque ipsa demum Fides iustifi-
 cans, in adulto potissimum (ni subito è viuīs ex-
 cederet) prorsus euanesceret. Cū et si iustus ex
 Fide viuat (vt inquit Apostolus) tamen nisi ea Fi-
 des Charitatis operibus, tanquam pabulo ale-
 retur, haud dubiē, deficeret: vereque Iacobus
 tunc iure reposceret, non comparentibus operi-
 bus, vbi esset Fides. Plane vt hinc constet, pro-
 pendentem in vos desertorum machinam, qua
 Charitatem, eiusque opera abrogabant, magna
 esse iam ex parte destructam: moxque, non so-
 lum fore diruendam funditus; sed supra ipsam
 quidē, tam Fidei, quam Spei, quam etiam Cha-
 ritatis statum, commolientibus operibus, esse
 Quos quoque

Quibus indi-
 geat iustificatio
 ad sui conserva-
 tionem.

Simile.

Fides iustificā
 in adulto.

Hebr. 10.

Iacob. 2.

Desertorū ma-
 china destructa.

quoque erigendum. Est enim eiusmodi trium virtutum status tam constans & perfectus, tamque concors & vniuersum, ut quauis distinctæ illæ per se sint, vix tamen principio tenus ac fine inter se differant: cum ad vnum & eundem diuinum fontem, siue infinitatis Oceanum, è quo ipsæ emanarunt, reuerti cupiant. Qui enim per Fidem impium iustificat, atque Spe roborat; idem quoque iustificatum pijs altum operibus, in Fide & Charitate sustentat, atque Spe duce, in ampliore iustificationem prouehi iubet, iuxta illud Apocalypsis; Qui iustus est, iustificetur adhuc. Necessè ergo est, ut iustificatis per Fidem, hoc est, misericordia, & gratia Spiritus sancti, propter meritum Christi in gratiam Dei restituti, & reconciliati, accedat protinus spiritus eiusdem Fidei, qui per Charitatem in corda ipsorum affusam, opera bona, quæ Apostolus fructus spiritus appellat, in eis sedulo operetur. Hæc quippe opera etsi subsequuntur iustificatum: non tamen à Fide iustificante, seu gratia innouante (quam alteram iustificationis partem vocant) vllò pacto discerni debent. Est enim ipsamet Fides, actualis etiam Fides per Charitatem operans, hominemque magis ac magis iustificans. Vbi enim

Apocal. 22.

Galat. 5.

enim Apostolus dixit, nos gratia saluatos esse per fidem, non ex operibus, (nimirum iustificationem antecedentibus) ne quis gloriatur: statim addidit, Ipsius enim factura lumus, creati in Christo Iesu in bonis operibus, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus. Quibus Apostoli verbis facile est discernere opera iustificationem præcurrentia, à subsequentibus eam operibus. Nam sicut præparata est voluntas vestra à Domino ut bonum velitis (Deus enim est qui operatur in vobis non tantum velle, sed etiam perficere, pro sua bona voluntate): sic etiam bona opera præparauit idem, ut in illis ambuletis: ac neque propterea prohibeamini, quin hæc ipsa opera, tametsi ex Deo profecta, & à vobis nauata, vestra etiã dicatis. Non quòd ex vobis tantquam ex vobis ipsa prodeant, & vestris viribus perficiantur: sed quòd donata sint vobis, ut quæ & assentiendo, & diuinæ in vobis voluntati obsequendo, fiant vestra. Hinc est, quòd neque veteretur scriptura sancta sapius vitam bonorum operum mercedem appellare. Siquidem laborantibus in vinea Domini, nonne mercedem copiosam in coelis, Christus in Euangelio asseruari asseruit? Non ut reputetis, benefacta vestra digna

Ephes. 2.

Opera iustificationem præcurrentia quomodo distinguatur à subsequentibus.

Philip. 2.

Quo pacto opera licet à Deo profecta, nostra dicamus.

Matth. 20.

dignā esse vita æterna, seu deberi illis vitam æternam propter ipsorum operum dignitatem: sed magis, quod Deus Fidei vestræ, quam per eiusce modi Charitatis opera in vobis exercet, vitam æternam sit pollicitus: ex quo etiam sit merces, quia pollicita. Nec verò credendum est, Christum tam sæpè vitæ æternæ sub nomine mercedis, alia de causa meminisse, quàm vt diligentiam, ac conatus vestros, quam maximè acueret, ac ad agendum prouheret. De hisce itaque spiritus & fidei operibus, quæ tum in pœnitentia, per operationem gratiæ preuenientis iustificationem antecedunt: tum in ipsa iustificatione peraguntur: tum demum quæ iustificationem sequuntur, referente Augustino, propriè dixit Iacobus, Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex Fide tantum? de qua re nunc dicta sufficiant:

8 Cæterum cum ex Fidei, Spei; sermonibus, atque ex meo satis, superque comprehensum habeatis, qualis, quâuisque sit iustificationis status: quibusque Fidei, atque operum compendijs in eum perueniri possit: ac quod Christus dominus eiusdem status tum auctor, ac perfector sit: tum ipse diuinum, atque immortale meritum, illius

Merces quia promissa siue pollicita. Cur Christus tam sæpè vitæ æternæ sub nomine mercedis meminit.

Augustinus de Fide, & operibus.

illius sit etiam instrumentum, in quo oculos, mentem que omnem defigere debetis: superest, vt si collineare, (quod aiunt) ac non in secundis, tertijsuè consistere, sed prima sequi vultis: iam non ad communem, aut mediocrem: sed ad altiorē multoque ampliorem Constantiæ statum vos reuocemus. Non enim decet alumnos apud ipsammet Cōstantiam tam bene aliqui natos, ac Perseuerantiæ lacte nutritos; indeque Fortunæ telis, alijsque capitalibus vitijs, tãquam hostibus obiectos probatosque, nisi heroicis, propeque diuinis refici, & confirmari virtutibus: Nam et si (vt ex antea dictis percepistis) omnes omnium, siue parentum, siue amicorum Charitates patriæ vna complexa est; perque hanc multi olim, non heroum solum, sed diuorum etiam nomen sibi arrogantes, opinione mortalium, in immortales translati fuerunt: tamen eorum Charitates quâcumque præclarissimæ, cum ea, quæ in Deum fuit Christi martyrum Charitate collatæ, ne dignæ profecto sunt, quæ huius (vt diximus) fiant pediseque. Vnde quid inter se differant, quidque humanæ diuina præstet, paribus hinc inde positis exemplis, perspicuum faciemus. In magno quippe olim patriæ Charitatis exemplo positum fuit illud:

Charitas ad altiorē Constantiæ statum alios nos reuocare intendit.

Nulla usquam Charitates cum ea, quæ in Deum fuit Christi martyrum sunt comparanda.

Exemplum Charitatis Attilij Reguli.

illud Attilij Reguli Romani ducis facinus præclarissimum: qui à Carthaginensibus in prælio captus, atque ad Senatum, data fide, redire permissus, vt de redimendis Carthaginensium captiuis, cum eo ageret; honori patriæ potius, quàm propriæ salutis consulens, re infecta, ad supplicium, quod postea crudele admodum passus fuit, redire maluit, quàm cum dedecore suorum permittere, vt captiui redimerentur. Similia pro charitate patriæ tulit etiam Consul Cne. Pompeius, qui à Gentio Rege interceptus, cum Senatus cõsilia prodere comminationibus tormentorum sollicitaretur, digitum lucernæ admouit comburendum. Quæ patientia, cum Regis spem quicquam cognoscendi abstulit, tum eidem expectanda Romanorum amicitia cupiditatem iniecit. Demum Mutius ille Scævola, cuius magna est vbique prædicatio; vt qui ardore Charitatis in patriam exarsuans, modò ab obsidione Regis Hetruscorum urbem liberaret, non dubitauit solus hostilia castra ingredi, ac per medios hostes primatem quendam exercitus, quæ Regem esse putabat, occidere; qui statim comprehensus, cùm subito faci ardenti manum lubens admouisset; neque aduri sibi eam sensisse visus est; neque propterea

Simile de Cne. Pompeio.

Simile de Mutio Scævola.

pterea vultus eius in diuersa mutatus. Cuius Constantiam vehementer admiratus Rex, multoq; subinde Mutios ex Romanis imminere sibi timens, ab obsidione recessit.

Hæc planè inçlyta in patriam Charitatis exempla (quæ summa sunt) cum totidem sanctorum Christi martyrum Charitatis monumentis collata, nulla profectò erunt, nec nisi adumbratam quandam Charitatis imaginem præferre videbuntur. Quis enim maiore vnquam Charitatis ardore in Deum exarsit, quàm per sanctus Christi protomartyr Stephanus? qui cælum intuens, pro eisdem carnificibus, à quibus obruebatur lapidibus, orabat? Præterea, si affectus maternus, vt dicunt, vincit omnem affectum; quæ feruentior, atque Charitati filiorum magis ferenda in Deum Charitas, quàm Symphorosa vxoris Getulij martyris? quæ cum septem filios coram dilacerari, atque in frustra secari cerneret, eò ardentius singulos ad perferendum martyrium exhortabatur? Adde Luciam Syracusanam virginis suum in sponsum Christum amorem fidissimum, cui Paschasius tyrannus, cum nunciari iussisset, se, illius amore captum, & oculorum pulchritudine illectum; nihil morata virgo, oculos sibi eruit.

Charitatis exempla totidem multo præclariora apud Christi martyres inueniuntur.

De Stephano protomartyre.

De Symphorosa, & septem filiis martyribus.

De diua Lucia Syracusana.

ac ty-

ac tyranno misit, que madmodum, nō historia
modò; sed vetus pictorum consensus affirmat,
qui eam patera oculos deferentem depingunt;
nec non Christianorum ophthalmia laborantiū,
illiusque ad sanandum opem implorantium asī
dua obseruantia comprobat. Vnde cōsequitur,
vtrorumque Charitates affectu quidem pares
quodammodo; exitu verò & præmijs, multum
planè dispares fuisse: illos enim ruituræ patriæ
sue consecrantes charitatem, post momentaneā
laudationē Senatus, æternos cruciatus apud in-
feros retulisse: hos autem terra, cœloque gloriā,
ac sempiternam felicitatem præmium recepisse;
comperimus.

Quo magis do operam, vt vos in hanc sum-
mam Dei Charitatem deducam: quod ea vsque
ad eo viua, efficax, atque vnica est, ad æternam ve-
stram perficiendam salutem: vt reliquæ nihil pro-
desse, aut efficere existimentur, nisi quatenus ab
illa, tanquam riuus à fonte procedant, ac ipsius ef-
fectus participes sūt. Nam vt nulla est vera vir-
tus sine Charitate; ita neque Charitas, siue in
proximum, siue in patriam, perfecta erit vlla,
quam non, aut contulerit diuina: aut propter
hanc illa fiat, ad eamque referatur. Duobus enim
Cha-

Charitatis præceptis Iesus Christus cœlestis le-
gislator vniuersam suam legem, atque omnium
Charitates complexus est, in quibus, tum ea,
que continet decalogus; tum quæ ex Prophetis
hauriri præcepta possunt, includi voluit. Alte-
ro, quo Deum vnice, ex vero & solido consensu,
ac supra quam dici potest, amare iubemur. Ad
sum mum enim dilectionis peruenitur quattuor
illis expressis animi conatibus, tota mente, totis
viribus, toto pectore, ac totis visceribus. Neque
vlla est, aut in cœlo, aut in terra, quæ hanc supera-
re possit dilectionem, vsque adeò vt plusquā se-
ipsum quispiam, ex vi præcepti, nec sine summa
ratione & iure, teneatur Deum diligere. Altero
priori simili præcipimur amare proximos, vt nos
metiplos; non solum propinquitate & affinitate
coniunctos, sed communi etiam naturæ huma-
nitate affectos, Christianos præsertim homi-
nes. Quod planè præceptum in id maximè in-
cumbit, vt vos, vniuersi, vnanimis, pacifi-
ci ac consentanei inter vos sitis: vtque mutua
Charitate quasi deuincti ac copulati, vnum etiā
cum Deo efficiamini. Hæc enim est victima ei
omnium gratissima: ideoque necesse est, vt hoc
à priore pendeat præcepto, neque enim sine Cha-
P. ritate

Duobus Charitatis præceptis Christus vniuersam legem complexus est.

Quibus animi conatibus ad summum dilectionis Dei peruenitur.

Præceptum dilectionis proximi, quò maximè nititur.

Mutua Charitas inter proximos victima Deo sit omnium gratissima.

Charitates vtrinque affectu quasi pares, exitu vero dispares.

Charitas Dei vnica est, ad æternam promerendam salutem.

ritate diuina recte constare potest humana. Diuini quippe numinis, non humanæ virtutis, nec potestatis est, vis illa amoris, atque animorū mutuus ad sese inuicem diligendum connexus. Nā vt pater diligens filios, eisque abundè benefaciens, maioris inter eos causa est, & seminariū amoris; (nequē enim sine scelere magno filij possunt, non mutuis paribusque inter se, sed in patrem potissimum, pietatis officijs respōdere) sic Charitas, quam cœlestis ac beneficentissimus pater in vobis, vt filijs, per Spiritum sanctum diffundit; quamque mutuo in vobis ipsis augeri desiderat; quod, quæso, piaculum maius esse potest, quàm filios in patrem illam non maiorem habere? Cū igitur cœlestis pater prius dilexerit vos, & lauerit à peccatis, nec tantam in vobis horum sentinam exhorruerit, cur non eò magis vos ad inuicem, non tam propter vosmetipsos, quàm propter Deum, diligetis, eiq; totum mutui amoris vestri pondus deferetis?

II Ex quo nulla profecto maior ingrati animi labes esse potest, quàm ea, quæ fecit ac creauit Deus, quin & dilexit propter hominem, non solum non diligi ab homine propter Deum, sed odio haberi contra Deum. In quo Christiani ho-

*Mutui amoris
quanta sit causa
14.*

*Fœdissima à di-
lectione Dei &
proximi. aber-
ratio.*

mines, si peccant, non modo in Deum, sed in seiplos quàm fœdissimè peccant, pessimoque impietatis vitio notari debent; non considerantes quanta sit ipsa naturæ communio ad maiorem inter ipsos Charitatem seruandam. Nēpe quòd omnibus est idem ac similis ortus ab vno parente Adamo; indeque par etiam status & conditio: quòd hic mundus pariter vobis omnibus vna domus est, in eaque simul habitare oportet: vnus est etiam Deus, quem omnes vno ore patrē appellatis: vnus item Christus, in quo omnes renascimini; & ab eo in filios adoptionis asciti estis; sic vt duplici vinculo tam naturæ, quàm adoptionis constricti, fratres esse fateri cogamini. Quin & vnus etiam spiritus, quem habetis è cœlo; vnaque est omnium cœlestis patria, vna Fides, vnum Baptisma; vnus panis, & vnus calix omnium: qui de vno pane, & vno calice participatis. Denique vnū corpus, sub vno capite Christo. Quæ ergo potest arctior inter vos agnatio excogitari? quæ amabilior, aut suauior Charitas, ad vos inuicem coniungendos inueniri? Rursū, quæ maior fingi animo execratio potest, aut detestabilior excogitari impietas: quam, quæ à Deo, tot vinculis naturæ, iuris, propinquitatis, &

*Quanta sit natura
eius & commu-
nitas ad mu-
tuam inter ho-
mines Charita-
tem seruandam.*

sanguinis copulata sunt, atque inextricabili con-
 stricta foedere, velle acerbissimis ea à se inuicem
 odijs seiungere? Si igitur Charitatem proximi,
 tam multis causis (quæ vniuersæ ex Deo pendēt)
 perquam vtilem, honestam & iucundam vobis
 esse intelligitis: quid, obsecro, de sacrosancta

*Sacrosancta Dei
 Charitas quan-
 to arctius con-
 stringit hominē
 ad Deum super
 omnia diligen-
 dum, & quibus
 id rationibus cō-
 stet.*

Dei Charitate, nisi quam præclare admodum,
 atque magnificè sentietis? Quanto enim magis
 omnis boni creator Deus amandus est ab ho-
 mine: quem ad imaginem & similitudinem suā
 fecit; & super omnia opera manuum suarum
 principem constituit? Quem propriæ voluntatis
 arbitrio lapsum non deseruit? sed per propriū
 filium de cœlo missum, & ipsius hominis causa
 in mortem traditum, redemit, viuificauit, & iu-
 stificauit? Quem demū ex inimico & peruel-
 li, in filium (vt ex sermone Fidei percepistis) gra-
 tuita bonitate adoptauit? adeoque omnia ei bo-
 na donauit, vt etiam per Christum impartierit
 suum spiritum? vt eo ductore, ad cōsortium cœ-
 lestis Regni, quod pijs paratum est à cōstitutio-

*Quo pacto De-
 us Charitatem
 suam commen-
 dat in homini-
 bus.*

ne mundi, peruenire possitis? Manifestè igitur
 Deus charitatem suam commēdat in vobis: dū
 quæ vestra sunt, magis quàm sua quærit. Ideoq;
 cum tantum sitis illi obnoxij, vt vos vestraq; om-
 nia de-

nia debeatis; non erit profecto magnum, neque
 difficile, si eidem omnia vestra, tanquam sua red-
 datis; si ad eum inquirendum, sequendū, & om-
 nino imitandum, omnem vestram curam, stu-
 dium & diligentiam adhibeatis. Quamobrem
 non Fide, ac Spe, quæ lumen, & clauem dunta-
 xat proferre possūt; sed me, Charitate duce, quæ
 preguſtata habeo omnia, cœlestibusque ac diui-
 nis epulis assueta sum, necesse est vos introdu-
 ci in cellam vinariam, vbi torcular est passio-
 nis Christi, ibiq; ordinata eius Charitate vos o-
 portet inebriari, quoad in eius obedientiæ taber-
 naculo nudati, terrenis rebus omnibus cedatis.
 Nec vereamini Chammitis mundi derisoribus
 ludibrio haberi, propter Noemum illum, qui in
 cruce nudus apparuit, ac licet à cunctis derisus, è
 cruce tamen in cœlum de illis triumphans euo-
 lauit: Sane vt hinc eius odorantes, & perfequen-
 tes vestigia, ad æterna cubilia, quò se ille recepit,
 vos quoque deueniatis. Id, quod nulla re magis,
 quàm ipsius contemplatione & imitatione mor-
 tis perficietis. donec in eum verè Christianæque
 Constantiæ statum perducamini, qui in ipsa per-
 pessione, & palma martyrij repositus est, atque
 omniū sine cōtrouersia habetur perfectissimus.

*Quomodo Chri-
 stus introducit
 suos in cellam vi-
 nariam.*

*Quomodo Chri-
 stus nudatus, ac
 derisus fuit in ta-
 bernaculo ma-
 star Noë.*

¹²
Qua summa Charitate Christus excipi uult.
 Vnde quoniam inquirentibus se, Christus semper fit obuiam, cum magna cum Charitate à vobis excipiendus est; tum illa potissimum retinendus, quam ipse longe maximam haberi uoluit, dicens: Maiorem Charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Propterea constituit ille sibi amicos Apostolos, suoque ipsos Spiritu impartiuit, ut hæc summa Charitatis præcepta excipientes, eadem adiuti Charitate adimplerent: Iuuari enim Caritas uestra potest quanlibet infirma, & debilis, mireque erigi à Charitate Dei, que uia est, & efficax, ut audistis, iustificationis uestræ causa. Nec enim deest eam inuocantibus, nedum in quotidianis erumnis, sed neque in tormentis grauissimis, ad tantum summi capitis Christi exemplum imitandum, proque ipso vitam reddendam. Non enim æquum erat, ubi caput tam egrè doluit, membra sibi ipsa blandiri, ac non condolere potius; ne ab eo abessent dolore, qui ut in partu foetus, gaudium affert, atque cum insigni illa martyrij laurea ipsosmet martyres palmas uictoriæ gratia præferentes, ac pro cœlestibus terrena despicientes, recta in cœlum inuehit. Tantus quippe fuit olim eiusmodi laureatorum ad superos deueniendi affe-

Humana Charitas quanto perè iuuari solet à Charitate diuina in tormentis martyrum.

di affectus, & ardor, ut non magis de externis fortunæ bonis, quæ relinquebant, quam de suo essent corpore, solliciti. Ut enim hoc tyrannis dilacerandum, atque in frustra secandum obijciebant: sic etiam bona illa in varias partes diuidi, atque distribui curabant. Nam contumelias, aliaque iniuriarum genera, quæ tum naturæ, tum gentium iure, impugnare, vimque vi repellendo propulsare poterant, ob Christum condonanda, & remittenda tradebāt. Is quippe fuit mos martyrum, cum primum sese pro Christo morti offerre statuebant, ut perfectiorem Christianæ uitæ statum in ipsa martyrij Cōstantia reponerēt: Euāgelicum illud exequentes ad uinguem: Si vis perfectus esse, uade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. In primis enim omnia bona sua vendentes, & in pecuniam numeratam redigentes, quò facilius fieret distributio, in Christi pauperes erogabant. Deinde siquid odij, aut contumeliarum inter ipsos, eorumque notos & amicos intercessisset, eisdem ex animo remittebant, & condonabant. Postremo tormentis expositi, constantius ore simul & corde confitentes Christum, atque inuicta patientia muniti, tyrannorum impetus & inflicta vul-

Mos martyrum olim cum primū sese pro Christo morti offerebāt.

Matth. 19.

Mirabile de
martyribus.

Charitatis ardo
re eculeus &
tormenta mimo
ra uideantur.

Quare marty-
rum exercitus
uocatur candida-
datus.

nera libenter sustinebāt; quo ad gratissima Deo patri uictima propter Christum fieret. Eratque illud in ipsis perquam admirandum; quod cruciatus, sauisissimaque uerbera & supplicia, quae nobis horribilia, miserabiliaque uidentur audientibus; illis perpetrentibus essent uoluntaria. Idque non alia de causa, quam quod certissima spes gloriae, mitigaret labores, ac praeter charitatis ardore, quo flagrabant, equuleus & incendia minora uiderentur. Vnde sancta mater Ecclesia iure candidatum uocat martyrum exercitum, propterea quod non modo purpurati, ob insigne, quod gerunt Christi; sed candida etiam stola prima innocentiae induti, laureisque subinde & martyrii palma insigniti, candidatorum more accedebant, ad diuinos honores, nempe summos gloriae gradus, sibi tanquam debitos, in caelesti Republica petendos. Quapropter, ut Christum multa quidem pati oportuit, & ita intrare in gloriam suam; sic hiscè candidatis, pro eo quod & patientia, & Constantia in supplicijs ueri fuere imitatores Christi, non modo passis, sed passuris etiam, in eandem erit requiem ingressus.

13 Sed uereor ne interim uos refrixisse me, multumque ab illa degenerasse charitate putetis, qua
florui

florui praesentibus illis Apostolorum, atque subsequen-
tium martyrum temporibus, ex quibus ad haec usque, quingenta fere supra mille annorum spatia effluerunt. Idque propterea, quod homines, uel Christiani, minime uideantur uobis eo nunc esse amore in patriam, neque charitate in Christum inflammati; ut pro ipsis libenter commori, atque martyrii onus subire cupiant. Ex quo uideri quidem, Christianae religionis inclinationem fieri, adeoque in angustum adduci eam; ut uix quartam Europae partem teneat: tot ubique Gentilium, siue Ethnicorum Prouincijs, tot Mahometanorum, siue Turcarum Regnis, totque decem haereticorum sectis, omnia occupantibus; cum tamen non ignoretis olim nullam partem orbis fuisse, quam non perlustrauerint Apostoli, atque ubi uis terrarum Euangelium praedicaerint, contestante Propheta: In omnem terram exiit sonus eorum; & in fines orbis terrae uerba eorum. Neque enim de alijs, quam de Apostolis intelligendum est, haec fuisse praedicta, eoque magis, quod Apostolicae praedicationis non pauca nunc extent ubique terrarum impressa uestigia. Sicuti ab ijs, qui hoc uestro tempore uniuersum perlustrarunt orbem, ubique inueniri illa, atque

Quae obicit sibi ipsa charitas propterea, qui censent ipsam nunc refrixisse, atque degenerasse ab ea quae fuit olim temporibus Apostolorum, & martyrum.

Psal. 18.

P 5. depre:

deprehendi audistis. Verum quonam pacto Apostoli, tam immensum peregrinationis iter cōficere, ipsumque Prophetæ oraculum omnino adimplere potuerint, quia fortè hæcenus nō audistis, rem non parum gratam spero me vobis facturum, si id breuiter narrandum suscepero.

Quamobrem vt propositæ à me hæsitati occurram, vaticinationem Prophetæ responsionis nostræ caput constituam. Per illam enim, tum vniuersam Apostolorum peregrinationē præsignificatam; tum ab eisdē, aut per se, aut per delegatos discipulos adimpletam fuisse: tum demum noua nunc Christianorum lustratione orbis, vna cum Evangelica prædicatione, Apostolica iam iamque tempora restituta iri ponemus. Cuius rei gratia, ab ipsorū Apostolorum historia necesse est initiū faciamus. Postquam enim verbum Dei ab Apostolis, legante Domino, in Iudea primum, deinde in minore Asia, & apud Græcos disseminatum fuit, atque à Petro & Paulo Apostolorum principibus Romam inuectū; tanta tum extitit illius per vniuersum Imperium propagandi cura, & sollicitudo; vt tametsi ei vehementer repugnaretur, martyrio tamen iter aperiēte, in vniuersas illius prouincias fuerit tandem

Responso ad obiecta, ac primū exponitur uerba Prophetæ.

Quo pacto uerbum Dei disseminatum fuit per totum Romanū Imperium.

dem diffusum. Cuius tāta vis fuit, vt quo magis ei à principio resistebatur; quovè etiam acrius sæuiebatur in ipsos prædicatores uerbi; eò quidem altius futuræ Christianæ pacis fundamenta iacerētur: quæ licet, furente tyrannorum crudelitate, latuere quidem (vt solent fundamenta) baptizato tamen Constantino Imperatore magno, aperta illa excreuere in altum, atq; per vniuersum Imperium (tanquam post tempestatem serenitas) publica admissa fuit, atq; pacifica Apostolicæ prædicationis professio. Vt quæta illa Hieronymi, Ambrosij, & Augustini tempora ostenderunt.

14 Quin etiam vltra Imperiū, vbinam maiora, expressioravè eiusdem prædicationis monumēta manserunt, quam in Orientali Africa, apud magnum (vt vocant) Ioannem presbyterum, & eius tam longè lateque dilatatum Imperium? Vbi, sub ipso Ioannis nomine, aut à primo Apostolo, aut ab aliquo eius discipulo introducta religio, huc vsque perstat frequentissima. Iam apud Armeniam amplissimā maioris Asiæ prouinciam, nonne Iacobitarum, ab Apostolo Iacobo permanet eius doctrinæ cōfessio? Ad hæc, si ad vltiores Scytas vltra Gangem, ad Orientem trā-

Quomodo per reliquas mundi partes fuit etiā diffusum uerbum Dei.

*Synarum ant-
ipissimæ Regio.
quæ miranda A-
postolica olim
predicationis
vestigia reti-
neat.*

*Thomas Apo-
stolus in ea Re-
gione fuit mar-
tyrio corona-
tus.*

*Tria simula-
chra diuina mi-
re apud eas gen-
tes culta.*

*Primum simula-
chrum.*

tem transeamus, qui sub latissimo, amplissimoq;
nunc Synarum Regno, quod ex quindecim ma-
gnis prouincijs constat, continentur; profectò
non humana modò, sed prorsus diuina eiusdem
Apostolicæ prædicationis vestigia, quæ nuac ex-
tant, clarissima inuenimus: cum in eius gentis
sacrificijs nonnulla deprehendantur, quæ Apo-
stolicæ doctrinæ monumenta apertissimè redo-
lent. Nec mirum, quandoquidem hæc ipsa pro-
uincia Thomæ Apostolo, (qui ex incredulo eua-
ngelisticè efficacissimus Fidei persuasor) ad prædican-
dum obtigit, in cuiusque magna vrbe Salamina
martyrio coronatus fuit. Sunt enim apud eas
gentes tria summa Idòla, siue simulachra, quæ ve-
nerantur tanquam omnium sanctissima; Quo-
rum primum, quod vnicè colunt, ad speciem hu-
mani corporis effictum est, tribus illud constans
similibus & æqualibus, seque mutuò respicienti-
bus, atque ab vno corpore dimanantibus capitibus.
Vtique tanquam aspectabile quoddam san-
ctissime Trinitatis signum ab Apostolo, haud
dubie, traditum; vt cuius mysterium animo cõ-
prehendere non poterant, externo illo, atq; cor-
poris signo, quod diuinas tres personas in vna
& eadem Deifica essentia subsistentes, tanquam
trinū

trinū & vnum Deum, adumbraret, vt cun-
